CONGRESSUS POMERIDIANI ET SERMONES SYMPOSIACI, CONTRA CIBI, ...

Antoine : de Balinghem, Jacques Malbrancq, ...

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
18 H
6

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

5.13.3.
55
ff
35

CONGRESSVS

POMERIDIANI

ET

SERMONES

SYMPOSIACI,

CONTRA CIBI, POTVSQVE intemperantiam, ad benè beateque viuendum:

PRINCIPEM INTER AC SEPTĒM variæ litteraturæ viros: Theologum, Canonum peritum, Iurisconsultum, Politicum, Medicum, Philosophum Ethicum, & Historicum.

Ex Gallico R. P. ANTONII DE BALINGEN *Societatis* IESV, *latinè redditi à* R. P. Iacobo Mallebrancque, *eiusdem Soc. Sacerdote.*

Ex Legato Ill.mi Cocconi

Permissu Superiorum.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

COLONIAE AGRIPPINAE,
Apud IOANNEM KINCKIVM ad intersigne Monocerotis.

ANNO M. DC. XX.

ILLVSTRI D.
FABIO ALBERGATI
NOBILI BONONIENSI,
I. V. D.

EA est humanitas Ill^ris. D. V.^ra & in splendidissimo genere morum candor, virtutumq; claritudo, vt bonorum omnium animos conciliare ac deuincire sibi facilè possit. Me quidem ita sibi obstrinxit, vt validius non possit. Quem ego affectum cùm aliquo officij genere nouo hoc anno ineunte erga Ill.^em. D. V.^ram declarare cogitarem, opportunè liber hic occurrit cuius dedicatione & singularem meam in Ill.^rm D. V. obseruantiam, & suam in me beneuolentiam aliqualiter testatam facerem. Quod obsequium qualecunque vt benigniter interpretetur, obnixè peto, atq; etiam spero. Liber enim insigni doctrinâ, & iucundâ methodo ex congressibus siue sermonibus symposiacis Principem inter & septem variæ literaturæ viros grata loquentium vicissitudine concinnatus le gentem tum suauiter instruit, tum mirificè oblectat: præterquam quod materiam vtilissimam complectitur, dum conquisitis vndique argumentorum flagris intemperantiam atque ingluuiem huius seculi castigat. Huius,

inquam seculi, quo plurimi hominum ebrietatem, ceteraq; gulæ vitia, tanta cum auiditate ac dulcedine sectantur, vt magna pars non aliud vitæ præmium intelligere videatur. Inertissimi ventres, quos meritò quis dixerit natos non vt viuant, sed vt bibant, aut potius vt nobiles Dei creaturas dissipent, ac perdant. Horũ ergo insolentiam coercere, ac corruptos æui mores reparare censorius liber annititur. Quem si Ill^us D^m V. suo fauore dignata fuerit, tacito velut calculo non minimum pondus, authoritatemque eidem addiderit, & mihi non leue beneficium præstiterit. Deum Opt. Max. studiosè precor vt Ill^em. D^m. V^am vnà cum R^mo, ac Illustr^mo Dn^o. D. Antonio Albergato, Vigiliarũ Episcopo, S. Sedis Apost. ad partes Rheni & Germ. inferioris, cũ potestate Legati de Latere &c. Nũtio, auũculo suo obseruãd^mo, ac Domino & patrono meo singulariss^imo, de Ecclesia Catholica, ac his præcipuè Prouincijs optimè merito, cuius vestigijs Ill^is. D^m V^ra, magna cum laude insistit. quam diutissimè sospitet, conseruet, amplificet. Coloniæ 17. Ianuarij, Anni M. D C. XX.

Illust. V. D.

Obseruantissimus

IOANNES KINCHIVS
Bibliopola Colon.

INDEX CAPITVM.

POMERIDIANI CONGRESSVS PRIMI.

CAP. I. *Quænam congressuum horum ac sermonum occasio?* pag. 1.

II. 1. *Definit Theologus ebrietatem, 2. voluntaria, mortiferum esse peccatum, 3. quod confirmatur ex sacris literis, 4. fueritne lethalis ebrietas Noemi.* p. 4.

III. 1. *Ebriosos acriter perstringit Apostolus, 2. cur Hæretici sacras historias repudient? 3. Æternæ hominis ebriosi damnationi sententiam Apost. confirmat, 4. Quis temulentorum apud Inferos potus, aperit alter damnatus, 5. Quidam comessabundus à Dæmone correptus in orcum vivus detruditur, 6. Alterius impiè perbacchantis horrendus interitus,* p. 14.

IV. 1. *SS. Patres Græci insectantur hoc vitium, 2. item Latini.* p. 23.

V. 1. *Prima ratio cur ebrietas mortifera noxa est, quòd rationis usum excutiat, 2. Hanc in rem allati SS. Patres, 3. Ratio altera, quia rem familiarem exhaurit, 4. quia corporis valetudinem labefactat. 5. Denique quòd hominem ad omnia tardum hebetemque reddit,* p. 26

VI. 1. *Vinolentia animi secreta prodit, 2. stultitiæ, levitatis omnisque impudentiæ mater est, 3. Seminarium vitiorum præsertim libidinis.* p. 34.

VII. 1. *Ebrietas plerumque mortis occasio, 2. Ammoni Davidis filio natu maximo, 3. Holoferni Assyriorum Duci & Athilæ Regi. 4. Simoni Principi Machabæorum.* p. 38.

VIII. 1. Qui suapte ſponte ſit ebrius ob hanc ſolam noxam ſi moritur, dānatur, 2. attenta pœnarū æternarū cogitatione, percellere in primis debet ebrioſos, 3. Ebrius in extrema, quod aiūt, linea verſatur. 4. Minus in duello mori, quàm in temulentia periculoſum, 5. An & quemadmodum quod patrat ebrius, ſit peccatum declaratur, 6. quibus indicijs colligere poſsit quis fuerit ne verò ebrius vel non. p. 44.

IX. 1. Adhortatio ad fugiendam ebrietatem rationum allatarum ſummam complectens, p. 54.

X. 1. Inſana perpotandi libido quatuor miſerabiliter conſumit, 2. Pater à monſtroſo partu, quem ipſe procrearat, exanimatur. 3. vino calentes dum tenere in arma proſiliunt, multi incaute opprimuntur, 4. Adoleſcens religioſæ familiæ deſertor vino madidus bacchatur, perimitur, 5. Ebrio lapide illudit Carolus V. Imperator p. 56.

POMERIDIANI CONGRESSVS SECVNDI CAPITA.

CAP. I. 1. S. Petrus damnat ebrietatem, 2. S. Eutychyanus ebrioſis diram imprecationem decernit, 3. prohibent ebrietatem Concilia, 4. Canones item Apoſtolorum, 5. Et Concilium Lateranenſe, 6. quàm grauis pœna inflicta ebrio ſacerdoti ex amentia confeſsionem aperienti, 7. ſecretum confeſsionis inuiolabile ex iuris diuini. p. 67

II. 1. Prouincialia Concilia condemnant ebrietatē, 2. Concilij Trident. ſeueriſsimè. 3. SS. Patres exagitant, 4. Ipſi idololatræ deteſtantur in ſuis ſacerdotibus, 5. eius fœditas in ſacerdotibus noſtris

stris, præsertim autem pastoribus longè turpior. p. 74.

III. *Cur hæc interrumpantur colloquia?* p. 28.

IVRISCONSVLTVS.

CAP. I. 1. *Vt legibus in ebrios animaduertatur.* 2. *Quæ pœna statuta decoctoribus,* 3. *Res familiaris curanda,* 4. *Eam qui dissipant infames sunt* p. 85.

II. 1. *Mulieres etiam merobibulæ,* 2. *Hippocratis ætate nec articulari morbo, nec fluxu capillorum fœminæ laborant, Quare* 3. *insigniorne fœminæ quam viro huius vitij turpitudo,* 4. *Interdictum mulieribus vinum,* 5. *quam ob causam.* p. 91.

POLITICVS.

CAP. I. 1. *Pleraque facinora quæ publicis puniuntur exemplis suscitat ebrietas,* 2. *Remp. ciuibus spoliat,* 3. *Horum tamen opera perneceſſaria,* 4. *Quam solerter Romulus populum constatum adauxerit.* p. 99.

II. 1. *Multis de causis ebrietas pernicioſa Reip.* 2. *adulteria & raptus capite puniuntur,* 3. *quin in ipsum rapiendi conatum animaduersum est.* 4. *vinolentia & crapula Reip. fortunas imminuit,* 5. *decoctores tranquillitatis publicæ hostes,* 6. *B. Virginis cingulum inter flammas illæsum* p. 104.

III. 1. *Administratoribus Reip. fœda maximè & damnosa inguluies,* 2. *vini potus illis olim interdictus,* 3. *Ebrietas teste Salomone animi sensus aperit,* 4. *Inde grauissima mala,* p. 113.

IV. 1. *Consilia Reip. non euulganda præsertim fœminis: lepida hac super re narratiuncula,* 2. *Altera, sed funesto exitui,* 3. *Concilia in primis bellica tegenda,* 4. *Ebrietas profusè garrula,* p. 119.

V. 1. *Qui consilia senatus profert, abdicetur,* 2. *tanquam patriæ proditor & periurus plectatur,*

2. Comessandi libido Iudices in pauperes iniustos reddit, 4. Magistratus ebrius officio deturbatur, 5. alia rationes, cur in moderatoribus ebrietas periculosa, 6. intercepta Babylon Rege & Principibus vino sepultis, 7. alia exempla calamitosissima, 8. collectio superiorum capitum, p. 126

VI. 1. Vnicuique suum decernere diuina est virtus, 2. Pœna capitis priuatis hominibus ebriis decreta, 3. Mahometes à suis assectis vini vsum arcet, 4. Magistratus ebrij supplicium, 5. Quidam hac ætate Princeps quàm acriter ebrios persequatur. p. 136

VII. 1. Quædam pro ebrietate excusanda ratiuncula insinuantur, 2. Propitio numine omnia in Principem affluunt bona, 3. Principes pios, contra quam Politici sentiant, protegit Deus, 4. Venerabile Sacramentum inter flammas intactum non ita pridem.

POMERIDIANI CONGRESSVS TERTII CAPITA.

CAP. I. 1. Sitis definitur, 2. cur bibat anima, 3. Quæ animalia nunquam vel raro bibant, 4. cur potio frigida gratior, cum calida sit sanior, 5. Non tantùm in ventriculo sitim excitari multis experimentis probatur, 6. Gustum in potu appetũt intemperantes, 7. nimio potu opprimuntur vires corporis, 8. nullum vinolentia pestilentius malum, p. 149.

II. 1. Distinctius ebrietatis effecta recensentur, 2. in-

2. ingenio officit, 3. apta 4. qualitatum temperies ingenium acuit, perturbatio retundit, 4. siccitas tamen nonnihil excedat oportet. p. 159

III. 1. Bene temperati cerebri etiam in bestiis mira solertia, 2. Aranea ad texendum industria, 3. Formicarum cauta prudentia, 4. quadam canibus veluti rationis vestigia, 5. Admiranda canis cuiusdam fidelitas. p. 163

IV. 1. Cerebri partes tenues & subtiles esse oportet in homine ebrioso crassae sunt & fuliginosae, inde hebetudo, 2. Quidam a nimio vino in amentiam versus, 3. Contra Caupones & Oenopolas, qui vinum aut cerevisiam mixtura quadam rerum adulterant, 4. ebrietas memoriam confundit, 5. Memoria quanta necessitas, 6. Rara memoriae exempla. p. 168.

V. 1. Potus immodicus sensus obstupefacit, 2. ventriculus in caput fumos exhalat, inde per universum corpus resoluti defluunt, 3. Ab excrementis cerebri in organa sensuum zeumata distillant, 4. Inde morborum origo, 5. circa hanc rem quaedam expediuntur. p. 176

VI. 1. Vino onustus omnia perturbata & confusa cernit, 2. Hallucinatur inter loquendu, 3. caliduē est vinū contra quorundā opinionē, p. 181

VII. 1. Crapula nutrionē accretionēq; corporis retardat, 2. vim etiā generādi effaminat. 3. quo sensu accipiendū, Deū esse liberorū autorem. 4. Deus 4. habet claues, quas nemini tradit. 5. cur pauperes multa prole fœcundi, 6. Hollandiae comitissa 366. uno partu enititur. p. 184

VIII. 1. Intemperantes filias maximè procreant, 2. ante diluuium innumeræ propè filiæ. cur? 3. vinolenti proles etiam vinolenta redditur, 4. vel certè imperfecta vel manca, 5. matris intemperantia natis plurimũ incõmodat, 6. Quos præcipuè morbos victus intemperãs producat, p. 194.

IX. 1. Vtra immoderatio plus noceat cibi an potus? 2. Ebrietas à vino, an à cereuisia. 3. cereuisiæ vituperatio, 4. Aquæ encomium, 5. virorum illustrium exempla solo aquæ potu vtentium. 6. delectus aquarum ad potum habendus, 7. an sana sit sicera potio? p. 204.

X. 1. Aqua vitæ vulgo dicta, si extrinsecus adhibeatur efficacissima, 2. potata valetudinem penitus subruit, 3. conducit aliquibus, 4. sed modicè & rarò sumpta, 5. maligna vis eius est: primùm corpus exsiccat, dein exsiccum leuissimè exanimat, 6. sanitas summum naturæ bonum, quod exigua voluptate commutat ebriosus, p. 212.

XI. 1. Ad ea quæ capite tertio dicta sunt congruentes historiæ, de vulpium sagacitate, 2. de coruis apibus & nostris & Creteusibus, 3. de Psittacis. 4. Ferarum industria & virtus multum exercet venatores, 5. Venatio & corpori & animo prodest, 6. canes venatici mortuum leporem non attingunt. p. 218.

XII. 1. Admirabiles historiæ de pluribus vno partu editis 2. quæ mensura potui adhibenda? 3. Ieiuno & prauso intempestiuus potus est, 4. potio male sanè refectionem, 5. præceps potus obruit, lentus &

modicus molliter seſe inſinuando imbuit. 6. nocet potus niue aut glacie refrigeratus, 7. Aliæ quædam de eodem minutulæ quæſtiones, p. 223.

XIII. *1. Futiles quadam ratiunculæ aduerſus aquæ potum diſſoluuntur, 2. frequentiores morbi, vbi vſus vini communis eſt, quam vbi rarior, 3. calculus potius è vini quam ex aquæ vſu coaleſcit, 4. vinum modicè ſumptũ acuit ingenium, 5. Hydropiſis non ex aquæ potu 6. non ita, vt creditur, ſtomachum vinum fouet. 7. Inſignis medici hac in re ſententia, p. 228.*

CONGRESSVS QVARTI CAPITA.

CAP. I. *1. Philoſophia morata tres habet partes, 2. virtutes morales omnes ad 4. reducuntur principia, 3. prudentia variè definitur, 4. ebrius ne micam habet prudentiæ, 5. Tres præcipuè functiones prudentiæ, quibus deſtituitur ebrius, 6. Prudentia docet omnis rei modum, 7. quem ſemper ebrietas excedit. 8. Partitio prudentiæ, 9. Alexander Magnus inter pocula Clytum confecit. M. Antonij vinolentia. pag. 234.*

II. *1. Ebrietas mentem deprauat, & ad prudentiam inhabilem efficit, 2. Prudentia ſol animæ, vbi non eſt, ibi manca noxiaque omnia, 3. Prudentia tam proſperis quàm aduerſis emicat, 4. Ebrius multas ob cauſas iuſtitia vacat, 5. vtrum mulier vidua cuius maritus bona vtriq; communia prodegit, poſsit occulta compenſatione vti, p. 242.*

Ebrius

III. 1. Ebrius fortitudine exuitur, 2. etiam temperantia, 3. non est solida ebriorum voluptas, 4. quàm densa malorum caterua cingantur, 5. Intemperantia vilissimum & sordidissimum scelus, 6. animæ supra quam dici potest detrimentosum, p. 249.

IV. 1. Cum vita omnis voluptatis expers esse nequeat, spiritualis quærenda est, talem etiam veri cognitio, & historia maximè autem Mathematice, 3. continua virtutis exercitatio verum & sane liquidũ voluptatis sensum superfundit, 4. ad hanc intemperatæ viuentium delicię nihil sunt, p. 257.

V. 1. Ebrietati nulla prorsus in animo virtus contubernalis, 2. aduersatur scientiæ Politicæ, 3. vita Magistratus integra, & nulli obnoxia sit vitio oportet, 4. omnium oculi in eius actiones conijciuntur, 5. Potestas cum ebrietate coniuncta periculosa, 6. ebriosus & suas pessumdat, & alienas non curat fortunas, p. 254

VI. Animaduersio in pomeridianum istum congressum. p. 278.

VII. 1. Insigne beneficium prædoni à B. Virgine collatũ in ieiunij sabbathini remunerationem, 2. Sobrietas animæ & corpori vtilis. 3. curat & arcet morbos innumeros, 4. morborũ pars maxima ex habitu corporis pleniore, 5. sobrietas tutatur corpus à malo intrinsecus irrumpente, & à peste, 6. mors duplici via grassatur, naturali & violenta: primo mollis est, & vitam bene temperatam solet claudere, 7. sobrietas diuturnæ vitæ fons, & origo, p. 281.

VIII. 1. *Sobrietatis laudes admirandæ, 2. quomodo morbos insanabiles curet, 3. num sit morbis acutioribus adhibenda, 4. corporis exercitium minus ad valetudinem conducit quàm Sobrietas, 5. intemperantia mirè officit sanitati, 6. leges aduersus ebrios latæ,* p 291.

CONGRESSVS QVINTI CAPITA.

CAP. I. 1. *Vinum animæ venenum, 2. ebrietas & furor intellectui contraria, 3. memoriam extinguit. 4. omne ex se vitium effundit, maximè verò luxuriam. Inuectiua in crateras lasciuis imaginibus insculptos,* p. 301.

II. 1. *Ebrietas in rixas & neces præceps ruit, 2. vrbes euertit, vt quondam Persepolim Persidis caput, 3. secreta aliorum prodit ebrius, 4 etiam sua, 5. duo tyranni blandè veritatem exprimentes amor & vinum,* p. 311.

III. 1. *Ebrietas bonam corporis habitudinem perdit, 2. variis modis aufert quàm plurimos, 3 oculorum aciem corrumpit, arguta hac de re Epigrammata. 4. Aceruus malorum quem secum trahit,* p. 319.

IV. 1. *Reges, regna & vrbes ebrietas absumpsit, 2. Christianis crapulæ dormientibus Religionis nostræ hostes vrbes interciperunt, 3. Nationes vino deditæ tandem sub hostium imperium cecidêre, 4. contra temperantes & sobriæ orbem domuerunt, 5. Poetæ plus æquo vinum laudantes damnati,* p. 326.

V. 1. *Bibendi & comedendi modus, 2. eum ex vitæ atque operationum necessitate metiendum, 3. volup-*

3. voluptas miro artificio vltra necessitatis fines nos propellit, 4. variæ rationes modum illum dignoscendi ex Theologorum sensu, 5. Error aliquorum qui debile corpus multo pastu instaurari autumant, 6. quem medici edendi bibendique modum præscribant. p. 337.

VI. 1. Quid circa corporis exercitationem obseruandum, 2. ea si est vehementior statim sumpto cibo, morbos procreat, fusè explicatur illud: Qui medicè viuit miserè viuit, 4. miseri illi qui extremo digito malè affecto illicò medicos accersunt 5. Improbat medicus prauã eorum consuetudinem, qui alioquin sani certis temporibus sumunt medicamenta, p. 345.

VII. 1. Appetentia fallacissima cibi ac potus mensura, 2. ciborum miscellanea valetudini noxia, 3. sanitas ciborum condimentum optimum, 4. corporis exercitatio cibos omnes sapidos reddit, 5. præteritam intemperantiam media corrigi, 6. valde expedit paruo esse contentum, 7. Respondetur quærenti quemadmodum fallat tempus, si sibi deinceps non sit amplius edendum, 8. quærenti item quid cibis fieret. p. 353.

VIII. 1. Tres euersã mente temulenti domi suæ iactari in alto sæua tempestate sibi videntur, 2. Perturbatæ phantasiæ sæua monstra, 3. quidam vacuum theatrum identidem intrat, recreatur, applauditq; actoribus, quæ sola imaginatio obijciebat animo, 4. Item alteri, 5. Ad hunc modum vana sunt, & somno similia omnia huius mundi oblectamenta, p. 360.

CON-

INDEX

CONGRESSVS SEXTI

CAPITA.

CAP. I. 1. Prouocatio ad æquales calices rectæ rationi aduersatur. 2. quando ea ad peccatum mortiferum pertingat. 3. Damnatur illa à S. Basilio: Eius author dæmon. 4. Insignes SS. Ambrosij atque Augustini in compotores istos sententia, 5. Ea sacros homines dedecet maximè, 6. Non dicas, inuitatus recusare non potui. 7. eã obtinens si quid detrimenti pateris, hoc ad martyrij gloriam accedit, 8. Soteria ducta in orbem & ad sitim accendendam falsamenta vsurpari solita à SS. Patribus damnantur. 9. Empedocles prouocari dicam scripsit: is condemnatus pœnas dedit, p. 367.

II. 1. Ebrietas maligna natura vitium est: vix vllam curationem admittit, 2. Quædam tamẽ remedia ex apotheca S. Augustini proponuntur, 3. Lectio distrahat conuiuas à contentione bibendi: ea etiam apud Ethnicos vsurpata, 4. Consultumq; fugere conuiuia, 5. longè optimum est animum attendere ad ingentia, quæ ex vitio isto nascuntur mala, 6. Detestandum ebrij facinus, qui matri stuprum, patri mortem intulit. p. 375

III. 1. Seuera in ebrios animaduersio optimũ remediũ, quo vsa est 2. Antiquitas, 3. propter hominũ intemperantiã nõ sunt radicitus exidẽdæ vites, 4. Nõ insulsè aut cũ supercilio, sed festiuè & humaniter declinanda prouocatio est, 5. Iu-

5. Iucundus vltro citroq; sermonibus recreandus ad mensam animus, p. 381.

IV. 1. Fastidium vini succus palmitis, oua nocte, &c. inducunt, 2. Amara in primis amygdala, 3. alia quædam magis vulgaria, 4. vinum diu antequam bibatur diluendum, 5. diuersa argumenta, quibus dignoscatur, sit nec ne vinum dilutum. p. 389

V. 1. In eos, qui vomunt, vt sese iterum expleant, & quàm noxia sint vomitiones istæ, 2. Remedia ad ebrietatem fugandam, 3. Falsa eorum remedia, qui temulentiam aliam aliâ expellunt, 4. errant etiam, qui purgationibus & clysteriis ad id vtuntur, p. 397.

VI. 1. Medicamentis nisi magna vrgeat necessitas non vtendum, 2. Medicina ars incerta. 3. In medicos qui sua præscribunt leuiter explorato ægri morbo, 4. De fraudibus iniquorũ Pharmacopaorum, 5. Medicum oportet ægro rectam victus normam præscribere. p. 402

VII. 1. Musica & vini calorem, & bibendi cupiditatem suo delinimento compescit, 2. Prodest hedera & corollæ florum circumplexæ capiti, 3. Adagiũ est: Ter bibe, vel quinquies, non quater, quid hoc? 4. Inuitare in orbem magnis pateris ad sotericos haustus mos olim in conuiuiis, 5. Expenditur & damnatur. p. 408.

FINIS.

IHS

POMERIDIANI CONGRESSVS Et SYMPOSIACI SERMONES.

CONTRA CIBI POTVSQVE intemperantiam, ad benè beateque viuendum,

PRINCIPEM INTER, AC SEPTEM VARIAE LITTERATVRAE viros: Theologum, Canonum peritum, Iurisconsultum, Politicum, Medicum, Philosophum, Ethicum, & Historicum.

CAPVT I.

QVAENAM CONGRESSVVM horum ac sermonum occasio.

NEMO est, qui ambigat eam laudabilem fuisse mentem cuiuspiam è Cęsareæ ditionis proceribus longè nobilissimi, qua dum molitur familiam hominibus suæ dignitati congruenter instruere, ex Apollineis cœtibus exquisitissimos delegit sibi, quibus omnis vitæ cultus affatim

ſuppeteret, annuaq; merces luculenta, ſi modò è docta eorum conſuetudine rerum humanarum ac diuinarum cognitionem ſubinde poſſet delibare. Cœpit ergo ea, qua quiſque pollebat arte, ſiue ad conſcientiæ, ſiue ad rerum gerendarum adminiſtrationem vti iucundiſsimè, & vix dici poteſt, quàm totus in eorum ſocietate viueret, modò binos, modò ternos ſubſciſiuis horis compellando, vt facilè pateſceret omnibus huiuſmodi exercitationem quauis ei venatione & oblectamento eſſe potiorem. Hinc factum, vt eius palatium, quod ſtructum affabrè, magnificaque molè rurì eminebat, virorum doctiſſimorum vndequaque affluentium gratiſsimum eſſet diuerſorium. Quotannis verò exoriente canicula, dum à curiæ negotijs, ſenioribuſque muſis feriari licet, ſolenne ei fuit benenola inuitatione vniuerſitatis vicinæ coryphæos accerſere, & propè regia menſæ lautitia, frugaliter tamen ad dies aliquot excipere, quorum eruditis ſermonibus, ſupra quàm cogitari poteſt, oblectabatur. Adfuêre quondam viri ſeptem, quiſque diſparili doctrina ornatus, at ea ſingulari prorſus & eximia: Theologus ſcilicet Pontificij iuris Doctor, Iuriſconſultus, Politicus, Medicus, Philoſophus, Ethicus, & Hiſtoricus. Ad multam quidem veſperam venerant, à Principe tamen ad cœnam non intempeſtiuam admiſsi; in qua variæ ab illo propoſitæ ijs quæ-

ſtiones

stiones non minùs vtiles, quàm iucundæ Græcorum Romanorumque mensas reuexisse videbantur, soliti quippe sunt illi, teste Plutarcho & Macrobio, epulas suas concertatiunculis non ieiunis condire, vt huiusmodi congressu effrænata gulæ appetentia coërceretur, imò vt cibis ipsis morum condimentum accederet. Dudum in sinu gauisus princeps tot quæstiones pulchrè iuxta ac solerter enodari, quàm lubens, inquit, cernerem in bellè discutienda, quæ mihi mentem premit, quæstione, vestrum singulorum desudare industriam: siquidem è tam reconditis viridarijs nonnisi lectissimi flores prodire possint, qui peridoneè pro loci & temporis opportunitate pascendis animis deseruient: sic dabitur pomeridiana aliquot tempora, quâ vtiliter, quâ etiam hilariter transigere; quandoquidem sirius hic æstus nos minimè patiatur in agris & collibus spatiari.

Materia præfixa mihi, vobisque si adlubescit, damna & detrimenta omnia, quæ à cibi potusque intemperantia promanant, fusiùs edisserenda complectitur: & velim quemque è propria veluti pharetra tela huic malo aduersantia depromere: tale enim est, vt nullam scientiam esse crediderim, quæ non quasi belluam damnosissimam ex honestatis finibus exterminandam censeat. Annuerunt omnes nihil sibi gratius posse accidere, quàm si communem operam in id studium con-

ferrent, quod ad vitæ humanæ actiones ritè cõponendas aptissimum esse omnium calculis probaretur. Quid porrò cõpotationibus magis frequens & vulgare? iam tamen in minimis ducitur, quod animæ summoperè incommodat, & grauissimam Reipub. inuehit perniciem. Quamobrem triduo, quod contexendis subiectæ rei argumentis indictum fuerat, elapso, omnes in aula tam speciosa, quàm spatiosa, æstuantiq; auræ nullâ sui parte obnoxiâ conuentum egêre, vbi è nobilium flore selectissimo, è Doctorum collegio honorificentissimo, ex humanioris litteraturæ cœtu politissimo non minùs quinquaginta supra centum quotidie numerasses. Facto consessu primus dicendi locus pro dignitate personæ, Theologo tributus, qui sic exorsus est.

CAPVT II.

1. *Theologus definit ebrietatem.*
2. *Voluntaria, mortiferum est peccatum.*
3. *Quod cõfirmatur ex sacris literis.*
4. *Fueritne lethalis ebrietas Noëmi.*

SVmma, viri nobiles, quam nobis subiecit Princeps, materiæ vtilitas ac necessitas faciunt, vt mihi stentoream vocem & Herculea latera exoptem, quò faciliùs ab innu-

innumerabili hominum multitudine possim exaudiri: sed spero fore, vt cùm ea, quæ in hoc amplissimo consessu dicturi sumus, lucem viderint, legentium oculi quod voci & auribus defuerit, expleant, fructusque referant non pœnitendos. Priùs quàm verò ebrietatis damna in medium proferamus necessum est nobis dudum Philosophi præcepta secutis, eius naturam definiendo penitius indagare: siquidem *Ebrietas est violenta rationis interceptio per nimium potum causâ voluptatis assumptum.* Rationis autem exercitium dupliciter deperdi potest, aut naturaliter, aut violenter. Primum in dormientibus fieri videmus, cum animales spiritus ad corporis penetrales sinus velut ad centrum suum aut asylum confugiunt, cumque nerui, à quibus sensuum organa nõ exiguam spirituum materiam hauriunt, nescio quo frigido humore obtunduntur: atque id quoniam secundùm naturæ fit institutionem tum ad spiritus reparandos, tum ad vires natiuas redintegrandas (neque enim per quietem consumuntur spiritus, quin & noui magna etiam copia generantur) meritò naturaliter fieri dicimus: aliàs enim violenter ipsa ratio amittitur, cùm cerebrum tot scatet humoribus, vt etiamsi quis insomnes seruet oculos, sano tamen rationis vsu careat. Istud multimodis euenire constat; Vel quia spiritus nimiùm incalescunt, vt est phrenesis; vel quia

malignus humor cerebrum occupat continéter atq; posſidet, & eſt melancholia, quam medici magiſtram & principem vocant; vel quia noxiæ expirationes ſtatis quibuſdam temporibus cerebri temperiem labefactant, & eſt melancholia Hypocondricata. Hoc primum à me telum ferat ebrietas.

PRINCEPS. Definitio iſta admodum perſpicua, itaq; paucis omnẽ ingẽtis vitij indolem perſtringit, vt in illius explanatione non minùs te medicæ artis quã Theologicę gnarum commonſtres. Video verò hanc nobiliſsimam coronam ab ore pendere tuo, & mirè cupidam nõ tam ſi potus intemperantia ſupplicijs æternis meritò addicatur, cognoſcendi, quàm argumẽta tum à ſacris paginis, tum à SS. Patrum teſtimonijs, tum à ratione petita intelligendi.

Theolog. Nobiliſsime Prnceps, tres mihi fontes quaſi digito indicas, è quibus Theologica noſtra ſua præſidia, ſuorumque pronuntiatorum firmamenta depromit: ea mihi apprimè deſeruient, ſi tamen priùs illam, quam innuiſti propoſitionem explanauero. B. Thomas omneſque Theologi, communi ſemper calculo cenſuerunt temulentiam, quotieſcunque eſt voluntaria, & præſentiſsimam animæ necem procreare, & ei poſtmodum inferorum pœnas accerſere: bifariam autem eam eſſe voluntariam exiſtimant; vel directè, dum quis volens videnſque ſeſe inebriat;

ebriat; vel indirectè, dum quis de secutura ebrietate parum solicitus ad summam aqualiculi distensionem potat; vel dum etiam non obscuras in se nascentis temulentiæ notas animaduertit, nihilominus græcatur & pergræcatur. Hac subiecta basi sacrarum probationum molem superstruamus.

Si quæ in sacris litteris authoritates ad rem nostram illustrandam faciant, tum inprimis hæc è prouerbijs delibata. *Cui væ? cuius patri væ? cui rixæ? cui foueæ? cui sine causa vulnera? cui suffusio oculorum? nonne his, qui commorantur in vino & student calicibus epotandis.* 6.23.v.29. En Spiritus S. quot damna ab vno scelere catenatim promanantia enumerat? Non solùm inquit ingentia maledictionum plaustra tum authori suo, tum parentibus eius inuehit, sed diutinas insuper cudens ægritudines molestissimum negotium & corpori & animæ facessit. Deinde quot rixę & verborum contentiones inter potandum accidunt? quot lites de honore læso suscitantur? nec modica miseria est fossa illa, seu quicquid liberum temuléti iter impedit: dum sui impos minimè discernit, quod sit asperum, quod planum, quod lacunosum, quod imperuium: hinc fit vt sæpiùs non solùm pedem, sed etiam nasum in palos aut rudera impingat. Vulnera etiam sapiens non tacuit, quæ siue casu, siue ex concertationibus oriantur, *sine causa* ait prouenire: & meritò; quia huiusmodi turbarum author

nec vtilitate aliqua, nec honore mouetur. quemadmodum miles vulnera & digladiationes pro Dei aut Principis obsequio susceptas in lucro & decore eximio reponit. Adde
חנם *Chinnam.* verbū Hebræum *sine causa* à nostro expressum, sonare etiam impunitatem; quod scilicet ebrio læso nulla sit se defensandi facultas, & lædenti facile effugium pateat, nullaque impendeat animaduersio. Denique illa suffusione, quâ vi & copia humorum aciem obnubentium & quodammodo fascinantium obstupefiunt oculi, quid turpius? quid fœdius quàm in illis nescio quid sanguinei, purpureiue cõtineri? Quidni igitur schola Theologica temulentiam peccatorum mortiferorum catalogo ascribat? tanquam notabilem à laudabilium morum actionumq; humanarum regula defectionem; tum quod adeò multiplicem perniciem homini moliatur; tum quod, si alium spiritalem sensum expiscemur, per illud *Va* damnatio æterna innuatur; per fossam immensa vitiorum vorago, in quam irreflexo oculo se dat præcipitẽ; per vulnera, lethales noxæ, quę animam stimulis fodiunt ac lacerant: per suffusionem, stupor quidam, aut mentis cæcitas, qua fit vt ea, quæ ad animæ salutem spectant, in postremis habeantur.

Sed quid mortales in adeò ærumnosas syrtes deuehit? scilicet binæ in vino illecebræ, color & sapor, quibus tãquam suauibus vincu-

vinculis irretiuntur, pelliciunturque ad pocula liberaliùs haurienda: sed quanto cum animæ corporisque dispendio è frugifera sapientis monitione edisc̃at. *Ne intuearis vinum, quando flaueſcit, cum ſplenduerit in vitro color eius: ingreditur blandè, ſed in nouiſſimo mordebit vt coluber, & ſicut regulus venena diffundet.* at quæ venena? certè præsentissima: *oculi enim tui*, ait ipse, *videbunt extraneas; cor loquetur peruerſa.* Latissimus ebrijs aperitur campus, in quo insolentissima eorum excurrat protertia: lasciuientem pupillam in mulierum vultus liberrimè dijciunt, in eas effractis verecundiæ repagulis toti exardescunt, mille machinationes adhibent quibus illicita sua desideria ad optatos exitus perduc̃at. Et quinam illi sunt? an imi subsellij homines, an solùm è fæce vulgi? minimè verò. Etiam magnorum virorum arcem inuadit temulentia, & ad deditionem spreto diuino cultu compellit. *Vinum & mulieres apoſtatare faciunt ſapientes, & arguent ſenſatos*: ait idem in Ecclesiastico, quem sanè mirum est toties tamque infenso animo vini vestigia persequi: alibi enim iterum adoritur, & hac malorum congloba-

Eod. cap. 8. 31. & 32.

c. 19. v. 2.

c. 31. v. 35.

tione damnat. *Vinum multum potatum irritationẽ & iram, & ruinas multas* (1. homicidia) *facit. Ebrietatis animoſitas imprudentis offenſio minorans virtutem & faciens vulnera.* Videmus quippe illud ardore quodam fanatico sic hominem inflammare, vt per imprudentiam

sæpissimè cespitet, & in absurdissima quæque delabatur: & quamuis vires & audaciæ arma homini minitabundo subministrare videatur, potiùs tamen eum eneruat hostium telis obijciendo: vti consonant Horatij dicta:

Spes iubet esse ratas, in prælia ducit inermem.

Et Iuuenalis.

Adde quod & facilis victoria de madidis, & blesis, atque mero titubantibus.

Cum hæc, & sexcenta huiusmodi ab impura illa radice pullulent, quid deest, quo minùs de eorum scelerum grege censeatur, quæ nos à regno Dei excludunt: alioqui non hoc maledictionis fulmine eam percelleret Isaias vates: *Væ qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam, & potandum vsque ad vesperam, vt vino æstuetis.* Multa alia è priscis sacrarum literarum codicibus prætereo, vt ad nouos, in quibus eius rei veritas manifestior elucescit, appellamus. *Isa. 5. v. 11.*

PRINCEPS. Verũ, magister eximie, aquâ hic hæreo: nõ rarò è concionatore inaudiui Noëmum & Loth vino planè obrutos fuisse. Si lethalis fit ebrietas, permiseritne Deus viros illos sanctissimos, & tum tẽporis velut duo mundi lumina tam fœdo scelere deturpari?

THEOLOGVS. Noui equidẽ Noëmũ Patriarcham à generali aquarũ eluuie plantandæ vitis rationes, non tam edocuisse (id enim ab ipsius orbis incunabulis Deo authore innotuerat *Gen. c. 9. v. 20. 21.*

tuerat) quàm Hieronymo teſte ex vuis eius, quæ hactenus ſolùm inter eſculenta fuerant habitæ, vinum expreſsiſſe, & ad ſapidiorem potum aptauiſſe.

Quod verò inde grauiorem temulentiæ noxam ſibi conſciuerit non auſim aſſerere, quin potiùs ab omni ſceleris næuo lubens exemerim. Animi enim, quo grauiſsimè angebatur, laxandi gratia illud hauſit largiùs, cuius vim nec vllo vſu, nec indecoro vllius exemplo didicerat: non generoſiori latice iam per 600. annos ſitim ſedarat, quàm eo, qui ripas vicinas præterlabebatur. Quid mirum, ſi nulla adhuc iſtiuſmodi poculis ſtatuta menſura, ſtomachi amphoram æquè vini capacem fore, ac olim aquæ fuerat, præſumpſerit. Adde ſenem fuiſſe planè decrepitum, vtpote qui ſexcenteſimum annum excederet, cumque tam diuturna ætas corpus effœtum tradat ſenectuti, quàm facilè modicus à nimio vini calore poterat ſuperari: hinc eius filij quamuis etiam eodem potu ſe egregiè refecerint, non tamen ebrietati ſuccubuere, quia natiuus vigor meri acrimoniam bellè retundebat. Quin ſe igitur ſua ignorantia imprudentiaque tutari poſsit Noëmus, omneque voluntarium, à quo facinoris pendet magnitudo, procul à ſe amoliri: non enim voluntas fertur in incognita, cùm ſit cæca quædam animi facultas, ſemperque rationis lumine & ductu egeat. Verùm etſi hæc argumenta

nonni-

nonnihil innocentiæ Noëmicæ suffragentur, *Quæst. 65. in Gen.* satque eius causę Theodoretus & Chrysostomus patrocinentur: tamen nescio quid turpe ac fœdum tanto viro inustum relinquitur, *Homil. 29. in Gen.* quod cum horrore omnes anni excipiēt consequentes.

Quàm porrò tetrum spectaculum, illustrissimum Patriarcham ita fallacibus vini laqueis irretiri, vt omnem rationis vsum, omnem corporis habitum, omnem verecundiam exuat, & profliget! atque vtinam eum hostium suorum, non autem filiorum ludibrijs obiectari contigisset. O infamiam inauditam! Itane verò Noëmus, alter humani generis parens, virtute Samson, ingenio Dædalus; Noëmus orbis miraculum, annosissima canitie venerandus, à Mose vti omnium virtutum, omnisq; sanctimoniæ exemplar propositus; Noëmus nominibus, titulisque omnibus, qui in mortalem cadere possunt, inclytus, quid? Noëmus ille nudus, omniq́ue verecundia denudatus iaceat? membra illa, quæ natura ipsa ritè occuluit, impudentissimè omnium oculis prostituat? ô indignum facinus! solem ipsum crediderim ab imupurissimo illo spectaculo abhorruisse.

Quis vir hic est? sus est ronchos edocta viriles,
Vinibibamq́, vir est doctus olere suem.
Vir qui non potuit communi mergier vnda,
Mergitur in proprio ventre natante cado.

Quid

Quid non ebrietas in membra puſilla valebit,
Si tantum facinus in caput auſa fuit?
En audax nimium partes malè cauta reuelat,
Quas olim Cæſar demoriendo tegit.
Iam gula ceſſato, victiſti maxima mundi
Lumina, quod vincas nil tibi maius erit.

Etiamne Loth poſsit alicunde ſibi præſidium conquirere? Hæreret in ſalebris, non dubito, ni Chryſoſtomus, nonnulliſque alij non vnam cauſam ab animi infirmitate petitam attexerent, ſiquidem non ad prauo appetitui lenocinandum aut aliam voluptatem conciliandam profuſiores calices ſumpſiſſe volunt, verùm ad leuandum animum & pellendam ingentem mœſtitiam, quam ſibi ex facultatum, domiciliorum, parentum, amicorum, ex propriæ vxoris interitu, & præſentis inopiæ tolerantia procrearat. facilè hac in re Chryſoſtomo adſtipulor, dum perpendo eam mœſtitiæ vim ineſſe, vt vel ſopitis obrutiſq; ſenſibus rationem ex arce ſua deturbet, vel ſaltem imminens malum effugiendi auferat facultatem, ſicque in Loth vehemens ſuarum calamitatum conſideratio omnem ſanam cogitationem ſecluſerat. Theodoretus q. 69. partim eum damnat, partim indènem facit. S. Thomas in ſecunda ſecundæ q. 150. a. 4. in Chryſoſtomi ſententiam vt plurimùm propendet. S. Auguſtinus l. 22. contra Fauſtum c. 43. & Origenes Hom. 5. in Gen. & quidam recentiores nequaquam à

lethi-

lethifera culpa exortem volũt: nec mirum, nam Deus sæpenumero viros iustos, etiam quos præ medullis habet, turpiter labi permittit, sic beatum Petrum, & Dauidem & alios.

PRINCEPS. Iam dies mihi illuxit, & gaudeo multa alia veluti parerga non inopportunè ad dubitationis meæ illustrationem accessisse. Eia debilitatum hostem nouis machinis, quas nouum sacræ paginæ armamentarium suppeditabit, adorire.

CAPVT III.

1. *Ebriosos acriter perstringit Apostolus.*
2. *Cur Hæretici sacras Historias repudient?*
3. *Aeterna hominis ebriosi damnatio sententiam Apost. cõfirmat.*
4. *Quis temulentorum apud Inferos potus, aperit alter damnatus.*
5. *Quidam comessabundus à Dæmone correptus in Orcum viuus detruditur.*
6. *Alterius impiè perbacchantis horrendus interitus.*

THEOLOGUS. Non posset, optime Princeps, validior machina adhiberi, quàm nuda Apo-

Apostoli veritas, qua temulentiam non modò lethiferis criminibus annumerat, sed loco eodem cum adulterio & sodomia reponit. *Nolite errare, neque fornicari &c. neque ebriosi regnum Dei possidebunt.* Et ad Galatas eandem *carnis operibus* inserere non dubitauit. Ipsine ergo volemus, cùm omnia illa scelera, si non priùs salutifero dolore expientur, flammis æternis subiaceãt obnoxia, hoc vnicum insolita immunitate donari? 1. ad Cor. c. 6.

Enimuerò cum sæuiente æstu nonnihil animus relaxari postulet, spero non ingratum fore, si hos sæuioris disciplinæ sermones intermittens Apostoli dicta historijs veluti pinguiori minerua adumbrauero. Scio equidẽ nouæ religionis assertores vix quicquam historijs Ecclesiasticis tribuere, ni forsan è sacris literis eruantur, imò nec illas penitùs admittunt, si non ad genium suum, ingeniumque faciant. An ipsi ergo Liuio aut Plutarcho historicis haud dubiam fidem præbere abnuunt? minimè verò. Attamen ille totius operis intricatissimi seriem ab vrbe condita, seu à 700 annis accersere non veretur, plurimaque miranda, quæ in tanta temporum varietate gesta sunt, adstruit: hic res à Græcis Romanisue præclarè gestas narrat, & ea facinora, quæ vix in hominũ fidem possint cadere, comminiscitur. Cur ergo virorum Catholicorum, qui insigni vitæ sanctimonia claruêre, quique mortem ipsam tenuissimo

menda-

mendacio anteferrent, authoritas apud illos pondus non habeat? quandoquidem res vel hauſtas oculis, vel à teſtibus fide digniſsimis acceptas recenſeant, eamque veritatem iureiurando munire ac firmare contendant: & ex vngue leonem! nulla alia ratione ad eas improbandas adducuntur, quàm quod pietati Chriſtianæ velificentur, doctrinam Catholicam ſtabiliant, bonos mores edoceant, quos illi ſimul cum Germana fide ad mare Caſpium amandarunt.

Princeps. Non eſt quod Hæreticus hiſce monitionibus refragetur, ſi rationi velit obſecundare: nec hic laus ſuperis, ab Hæretico metuendum, quin potiùs omnes eam attentionem, qua te hactenus ſunt proſecuti, nutu gratiſsimo pollicentur.

Theolog. Si apud eos verba facerem, qui iucunditatem vtilitati ſolent anteponere: forſitan vererer, ne meticuloſis auribus inſueta adferendo parum cõſulens, narrator importunus accederem. Sed cùm è tribus grauiſsimis authoribus ea apparem, quæ hominibus improbis nõ mediocri ſint futura documento, exiſtimo hanc opellam non modò frugiferè, ſed etiam hilariter collocandam. Horreſcebat olim venerabilis Bedæ calamus, dum ſcriberet cuiuſdam fabri Anglicani vitam & ebrioſitatem huiuſmodi ſpectaculo terminatam: ipſi in extremis conſtituto oculos obuerſabantur latè patentes Inferorum fauces,

Hiſt. Angl. lib. 5.

fauces, in imum barathri detrusi cacodæmones insanis stridebant clamoribus; sese etiam obtulit Cayphas cum alijs Christi Domini interfectoribus, ijsdem propè flammis exardescens: nec inde procul vidit subsellium, incendiumque perenne sibi destinatum. Cumque hæc fremebunda voce recenseret, inhorruêre omnes, & certatim affectu quàm poterant ardentissimo eum cohortabantur, vt saltem in illa extrema vitæ periodo sincerum de peccatis dolorem concipiat: nunquam serum aut intempestiuum esse ad metanœam perfugium, nunquam diuinæ miserationis fores ita pertinaciter oppessulatas fuisse, quàm prece vel pretio lacrymarum, pulsantibus patescerent. Quid? vultis, ait, me diuinam illam sententiam sigillo plus quàm adamantino obsirmatam irritam facere? vultis afflictis, desperatisque adeò rebus opem aliquam adhibere? incassum vultis: actum est, conclamatum est: atque ita desperanter animam exhalauit, animam nullis præsidijs spiritualibus adminiculandam: & reuera nullæ fusæ preces, quin potiùs per Angliam vniuersam diffusus rumor execrationem non commiserationem peperit, & plurimos vitam profligatissimè degentes ad meliorem frugem traduxit. Vtinam & modò infinitæ hominum multitudini, *quorum Deus venter est*, salutarem terrorem incutiat, ne *veniant in hunc locum tormentorum.* Luc. 16.

Verùm è Cæsario, qui scripsit circiter annum 1222. nihilque se comminisci iureiurando asseuerat, audiamus quàm sapidus temulentos potus apud Inferos maneat. Idipsum luculenter Rudingerus Colonienſis miles filiæ suæ, cui trigesimo ab obitu die se sui speciem exhibiturum spoponderat, fuit testificatus. Ita vinum deperibat, vt nulla in finitimis pagis annua dedicati templi celebritas recurreret, quin eò protinùs ad se ingurgitandum conuolaret. Sed tandem immodicas illas compotationes morbus, morbum mors, mortem terribile hoc spectrum excepit. Ecce ad condictam diem se filiæ videndum sistit ea specie, eoque habitu, qui luridam Auerni laruam deceret. At fœmineos oculos ingens calix tremula manu prægestatus ad se rapuit, & quo maderet liquore curiosus animus scisciari compulit. En ecce, ait Rudingerus, quod mihi semper ebibendum, nunquam verò euacuandum porrigitur: à pice, nitro, sulphure, & siquid peius natura finxit, mihi potus est ô filia, ô filia vale. Nonne hic sit ille calix, quem suis depinxit coloribus Regius Psaltes? *Ignis & sulphur, & spiritus procellarum pars calicis eorum.* Hic scilicet ab ipsa morte: sed habeo, qui ab ipsa compotatione suæ infelicitatis telam sit orditus, authoremque habeo Thomam à Cantiprato Episcopali infula verendum, fide verò dignissimum à Surio nuncupatum: Historia est dignissima, &

L. 12. c. 41.

L. 2. de proprietat. apum c. 56.

ma, & qua aptior ad quatiendas mentes reperiri nequeat: siquidem cernetis in ebrietate Epicurismum & Atheismum reminiscere, immò Thracibus & Idolicolis inaudita excogitari.

Multam iam noctem egregij combibones popinæ dederant, cùm inter pleraque futilia, de immortalitate animæ sermo nimiùm serius incidit, daturque ab vno eorum vitio presbyteris, & curionibus, quod vulgo imponerent; animam mortis legibus minimè subiacere. Intempestiua profectò erant hæc adeò festiuæ recreationi colloquia, at nõ Dœmoni, qui humana sese specie sistens ac de potatorum grege callidè professus peropportunè suum eorum sermonibus interserit: quæritque quid inter se colloquerentur. De animæ immortalitate inquit Epicureus ille: meam auem, si quis eius cupiditate flagret, viliori quàm fortasis licebitur, diuendam, pretiumque lubens omne quodcunque fuerit opiparæ mensæ addicam. Porrò ait ille aduena talem mercatorem, taleſq; merces exquirebam. Absque multis igitur ambagibus triciſq; pacti sunt, & pretium in parata pecunia persolutum cumulatiore potu risuq; cœnam adauxit. Iam in tuto putantur omnia, iam prodigus ille venditor maximè præ cæteris exultat: vt cùm plenè satur egressum cum alijs meditaretur, habeo, inquit, emptor, quæstionem non exigui momenti

proponendam, cui soluendæ non existimo aliunde, quàm ex hac popina Oedipodem cõquirendum. An nõ fas sit emptori, equũ simul & laqueum abducere? maximè, maximè consona voce respondent: & ecce dicto ocyus corpus vnà cũ anima è cõspectu sociorũ corripit, in sublime tollit, & in æternum pœnarum domicilium detrudit: quid enim aliud à cacodæmone hominis speciem præ se ferente sperari posset?

PRINCEPS. Nil aliàs vnquã ita inusitatum, itaque formidolosum meis auribus accidit: & sanè hoc postremò edidicimus voluptariorum spem vitamque desperatissimam esse, quòd ad futura caligante mentis oculo, omnibus nefarijs cupiditatibus obsecundent.

THEOLOGVS. Est mihi aliud præ manibus haud minus infrequẽs ac terribile, eoq; aurium beneuolẽtias accõmodatiùs, quòd penè in omnium oculis nec ampliùs, quàm ab octo & triginta annis gestum sit: sed verendum ne huic amplissimo consessui tantã historiarum frequentiã potiùs fastidio, quàm delectationi sim futurus.

Anno 1580. 24. Iulij.

PRINCEPS. Certè malè affectũ mentis illius palatum esse oportet, cui historiæ nauseent.

Franciscus Belleforqt. Gabriel Dupreau.

THEOLOGVS. Velim temulẽtos omnes Reiterhoff pagũ Chaldebergẽsem in Palatinatu Germanico situm adijsse, spectasseque attentiùs quàm execrando facinore bini ganeones perditissimi, cauponam quãpiam sesequo pollue-

olluerint, è tenuibus quidem initijs recepta: nam recentiùs, tantumque vitium promerat famulus, quod parum sapuit, minusque placuit, & ni quidpiam nobilius exquirat væ ergo, væ capiti. Ille igitur in cellis vinarijs bibendis non segnis fuit, donec tandem reperit quod ipsorum gulæ lenocinaretur, itaque arrideret, vt totam diem & in orbem, & mysti de bibendo traherent: solùm pigebat eesse nouos contubernales, quos benevolo alice salutarent, cùm ecce alter vir ad proeruiam factus fictusque impijssimum in auem insusurrat cõsilium, tantundẽ scilicet, um Deus forsan huiusmodi inuitationi adioueret. Nec multũ cũctatus socius scyphum argiter vini implens hæc ore impurissimo rofudit: Hũc tibi, Deus, calicẽ totum, quanuscunque est, propino, verùm comparem à e salutationem rehabiturus propino, si reuis mihi, grauissimæ iniuriæ loco reponam. O nimiùm profusam audaciam! quæ vtinam altem hîc stetisset: sed assurgunt blasphemæ inguæ conuitia. Quo de genere vini resaluaturo sit infundendum ambigitur: nec enim erditissimus ille generosum offerendum enset; sumam, inquit, hoc Hornense quamis acidiusculum, miror sanè si sapiat: porrò apuisset, & meliùs potasses, Deus, si melioem succum nostris vitibus indidisses. His dictis stetit vox, stetit immota manus, corpus obriguit, hominemque defecit spiritus:

ſolum nictabant oculi. O rem mirandam & combiboni demirandam, qui actutum profugit. Adfuit domeſtica turba, adfuêre è vicinia non pauci, adfuit magiſtratus, tres equi validiſsimi adhibiti, ſed omnes marpeſiam illam cautem mouere loco incaſſum adnituntur: ergone tetram adeò belluam ſemper intra domeſticos parietes ſuſtinere oportebit? ſuadent plurimi, vt ipſa domus cum nefandiſsimo inquilino incendio abſumatur, ne tanti ſceleris veſtigium vllum poſteritati ſit ſuperſtes. Res erat valdè obuia & facilis, nec tamen quicquam profuit nulla parte domus ignem cõcipiente. alio certè igne tantum ſcelus fuit expiandum, vel diutius Deus, cuius *iudicia abyſſus multa*, omnium oculis id portentum voluit pateſcere. Quis verò in hoc facinore præter fanaticam ebrietatem non etiam animaduertat ipſius Omnipotentis deſpectionem, execranda in eum conuitia, falſas de Diuinitate opinationes, quibus impius ipſe hæretica prauitate adhæreſcebat.

PRINCEPS. Miror hominum genus improbo amore eam arborem perſequi, quæ amaros adeò fructus progignit, vt eorum acrimonia etiam poſt fata perduret. Hæc de vindice ira Dei modò recitata rem propoſitam vel maximè illuſtrarunt, & orexim ſimul proritârunt, vt te SS. Patres ab Oriente & Occidente accerſentem, eorumque in idem vitium

vitium odium plùs quàm Vatinianum proferentem audiamus.

CAPVT IV.

1 *SS. Patres Græci insectantur hoc vitium*
2 *Item Latini.*

THEOLOGVS. Cùm videam non modicum splendorem à SS. Patribus olim in Oriente promicantibus posse illucescere, à Græcis vti antiquitate potioribus auspicabor, dein ad Latinos vti posteriores descendam. Verùm quia longæ sententiæ contexendæ forent, parcite si me non omnium verbis enucleandis obstrinxero, at subinde solum sensum ac mentem fuero assecutus: aut si forsan eorum idioma Graium quis malit, non deest litterarum amantissimo principi bibliotheca omnigenis authoribus refertissima: modò viro, ex ea hic comportati sancti Patres, viro à secretis, cuius vicariam operam, nonnihil affectæ meæ voci indulturus, ad legendum expetij, haud parum negotij facessent. Primus ergo omnium prodeat Basilius, & indecoros vinolentiæ titulos sua homilia ingeminantem audite: *Ebrietas*

Dæmõ est volũtarius, ex voluptate animabus nostris inditus: ebrietas malitiæ mater est, virtutis inimica, fortem virũ reddit ignauum, ex tẽperato lasciuum, iustitiã ignorat, prudentiã extinguit. Itẽ in c. 5. Isa. *nimirum ebrietas origo est totius impietatis & desertionis Dei: pro immoderata ebrietate tangitur quis auiditate stillulæ ebriacus, cuius caro torretur in frixorio camini infernalis.* Et in homilia de ieiunio, dicitur ebrietas fugare spiritum S. quod solùm ad lethiferum peccatum expẽsis verborum momentis referri potest. Modò in mẽsam excurrat lumen illud Græciæ celeberrimum Chrysostomus, & quo Antiochenos orationis fulmine percellat cognoscamus. *Quid enim ebrietate miserabilius? mortuus est animatus ebrius, Dæmon est voluntarius: morbus veniam non habens, ruina excusatione carens, cõmune generis nostri opprobrium. Et quod malorum caput est: cœlum ebrijs inuisum hic morbus efficit, nec aeterna bona assequi permittit, sed post huius vitæ opprobrium, & illic tali morbo laborantes pœna manet aterna &c.* Non vno telo vir sanctus belluam impetisse credatur, non exhaustam fuisse eius pharetram facilè patebit omnes eius homilias perscrutantibus: sed modo 71. oculis & lingua percurratur. *Nihil illi tam gratum Dæmonio, quàm delitiæ sunt & ebrietas, quoniam omnium fons est malorum & genitrix: per hanc Dæmon Israëlitas in Idolorum cultum præcipitauit: per hanc Sodomitas in nefarios accendit amores, prout Ezechiel c. 16. testatur*

itur. Denique per hanc alios perdidit innumeros gehennæ tradidit. Quoniam ex hac commendiaria authoritatum lectione satis mens, studiumque Patrum eluceſcebat, de Græcis ad Latinos digredi placuit, vnuſque Auguſtinus inſtar omnium ſibi ius in nobiliſsimam arenam deſcendendi vindicauit, eoque magis, quòd liberrimè in noſtros homines inuehatur. *Qui contra coalumnam & amicam ſuam ebrietatem loquentibus iraſcuntur, libera à nobis voce audiant, quia quicunque ebrioſus pœnitentiam de ipſa non egerit, ſed vſque ad mortem ſuam in ipſa ebrietate permanſerit, in æternum profectò peribit, quia non mentitur Spiritus S. per Apoſtolum dicens, neque ebrioſi regnum Dei poſſidebunt.* Neſcio quod Zephyri flabellum obuia ex feneſtra ſpirans folium vertit & pro re nata *ſermonem* 232. obiecit oculis, vbi Theologi index nota palam legenda hæc dederat. *Qui credit ebrietatem eſſe paruũ peccatum. ſi ſe non emendauerit, & pro ipſa ebrietate pœnitentiam nõ egerit, cum adulteris & homicidis æterna illum pœna cruciabit.* Quibus grauiſsimam Apoſtoli authoritatem accedere ſubiecit ad Cor. 9. & ad Epheſ. c. 5. in eandemque ſententiam communi conſenſu ire cæteros Patres, quos breuitatis ergo ſilentio præteriret: Lectori autem, qui ſe penſum exoluiſſe ratus librorum ſarcinam complicabat iam conuaſaturus, benignè annuit, venuſteque dixit: *Claudito ne riuos: nec enim ſat prata biberunt.* Serm. 231.

At Princeps mirepere tam salutifera lectione exhilaratus, reuera, inquit, istorum Patrum congruens sensus & authoritas quàm valida rebus siue quæ ad fidem, siue quæ ad mores spectant, cõfirmandis argumenta subministret, mirari satis nequeo, volupe verò mihi foret, vir doctissime, si tertium propositæ rei caput, quo ebriolitas firmissimis rationum machinis oppugnata concidat, aggrederere.

CAPVT V.

1 *Prima ratio cur ebrietas mortifera noxa est, quod rationis vsum excutiat.*

2 *Hanc in rem allati SS. Patres.*

3 *Ratio altera, quia rem familiarem exhaurit.*

4 *Quia corporis valetudinem labefactat.*

5 *Denique quod hominem ad omnia tardum hebetemque reddit.*

THEOLOGVS. Non graue spero, arduumq; erit cœptum mihi tramitem percurrere: eò enim fortiores neruos ad ea, quæ in medium adducentur, persuadenda suppeditari sentio, quò iam magis S. Scripturæ, & SS. Patrum, qui diuinorum oraculorum quodammodo interpretes habentur, testimonio sunt comprobata. Porrò

Porrò illud cuius Theologorum ſcholæ gnauiter inhærenti notum eſſe debet, eum nonniſi magno teneri ſcelere, qui voluntariè & violenter quodammodo non ſolùm actu rationis vſuq; ſe ſpoliat, ſed inſuper omnem eius vtendæ facultatem ſibi adimens intellectui veluti cõpedes injicit, ne quicquam generosũ aut dignũ homine moliri poſsit, ſed pecudum more in obuia quæq; ruat & feratur. Quam momentoſam grauioriſq; diſpendij notam cenſebimus, ſi forſan iſtud leuioris culpę catalogo adſcribamus? Quod aliud hominis ſummũ bonum eſt, quo quis à cæteris animantibus diſcriminatur, quàm ratio? Quæ alia magiſtra, ad cuius nutũ normamq; actiones ſuas fideliſsimè expendat, quã ratio? Quid nos mortales immortali Deo magis adglutinat, quàm ratio? Id SS. Patres æquiſsima lance trutinantes tanti faciunt, vt non validius tormentum, quod in temulentiam contorqueant, habere videantur. Mens eſt eorum aliquos veſtris auribus ſubijcere, ac inprimis Baſilium in homilia ſua ita ebrios ſalutari ſubſannatione perſtringentem.

Qua in re, dic homo miſer, à brutis differs? nonne rationis munere, quam à Deo omnium conditore accepiſti, reliqua creatura factus Dominus & Imperator. Hoc igitur te mentis lumine per ebrietatem priuans inter beſtias ratione carentes numerari poteris, & illis ſimilis videris. Homilia de ieiunio.

Imò

Imò & bestijs longè peiores existimauerim eos, qui ab oriente superantur : quia illa in agendo statas habent leges & horas: Si verò nullius temporis & horæ rationem habent. Nec solùm eò peiores brutis quòd mente insani, sed etiam quòd sensibus longè infra illa deficere videantur. An non vmbras sæpenumerò tanquam fossas, vel loca præcipita transiliunt ? aures terrifico sonitu tanquam fluctuantis maris refertas habent, terra interdum in rectum insurgere, mentes verò circumagi videntur. Acutè profectò geminas temulentiæ notas dijudicat Basilius, cui Chrysostomus eat comes, nobisque hominem, pecudemque inter se digladiantes exhibeat. *Quantò melior asinus ebrioso est? quantò canis præstantior? omnes certè animantes, quæ rationis expertes sunt, cum bibunt aut comedunt, vltra quam satis est, etiamsi mille homines cogerent, nunquam elabuntur: peiores igitur irrationabilibus vos estis, qui inebriamini. Non apud mentis compotes solùm, verùm etiam apud vos iudices. Inde namque manifestum est canibus atque asinis vestro vos iudicio esse deteriores, & magis abiectos, quia nullum brutorum supra mensuram bibere aut comedere cogitis, & si quis huius rei causam quæreret, nemo respondere dubitabit, ne comedendi, atque bibendi excessus ei detrimento sit. Cùm igitur minùs tibi quàm bestiæ prouideas, nonne hoc facto tuo minoris te putare videris, qui te continuò in dolores impellis. Non enim solùm in die quo inebriaris, verùm etiam in crastinum ebrietatis reliquiæ reseruantur.* Quid? hæc ne Chry-

Homil 18. in Matth.

Chrysostomus eloqui non erubescat? minimè verò: neque etiam Augustinus, qui eadem salutari audaciâ istius putidæ patellæ reserat operculũ. *Cõsiderẽt ebriosi, si nõ peiores animalibus iudicãdi sint: cũ enim animalia ampliùs, quàm eis opus est, bibere nolint: illi & duplũ & triplum, quàm ijs expedit, potum accipiunt, & vnde trium vel quatuor dierum refectionem poterant habere, vno die cum grandi peccato contendunt perdere potiùs quàm expendere: & vtinam potum tantummodò perderent, & non etiam ipsi perirent.* Serm. 131.

Cernitis viri nobiles, è tam consonis Doctorum sententijs quò sceleris huius prouehatur immanitas? non ferunt ipsi diuinæ illius auræ particulam execranda metamorphosi in cœnum, in brutum abire, præclarissimam Dei imaginem fœdissimè deturpari, non ferunt, inquam, hominem sagacissimo intellectu præditum, liberrima arbitrij facultate potientem, infinitas rerum formas memoriâ complectentem, quodammodo excæcari, hallucinari, cespitare. Quæ maior naturæ rationali adferri possit iniuria? Et huiusmodi helluo impunè feratur, nulloque lethiferæ culpæ vinculo astringatur? Si quis, vt Prometheus olim ignem è solis rotâ ferulâ suffuratus est, ita etiam alteri sanæ rationis vsum quamuis ad breuem temporis moram ademisset; nonne grauissimo eum damno affecisse, seque ingenti noxâ polluisse censeretur? Et qui lubens volensque eam à se excutiat

tiat tenuiori solùm næuo inquinatus habeatur? Neminem præterea latet à profuso potu longam malorum seriem, ex quibus suum etiam animæ malum accedit procreari. Ac in primis si rem familiarem exhauriri, cistas exinaniri, ad mendicitatem opulentissimos redigi dixero, nonnisi rem priscis sæculis vt sapienti apprimè cognitam memorabo. Prouerbiorum cap. 21. vers. 17. *Qui amat vinum & pinguia non ditabitur. & c. 23. Noli esse in conuiuijs potatorum, nec in comessationibus eorum. Quia vacantes potibus & dantes symbola consumentur, & vestietur pannis dormitatio.* O si latiùs hæc inopia minimè serperet! Verùm familiam infestat vniuersam: filiorum ac domus cura in postremis iacet, curta supellex ad latrocinia & clependi artem exstimulat, ceditur foro, & creditores impijssimè fraudantur. Noui ebrioси liberos, qui alioquin luculentissimam adiuerat hæreditatem, ad restim pene deueniſſe: noui honestissimas familias, quæ ingentes facultates cum immodico potu abligurierunt. Quid vulgare magis, quàm vinolentos paucis diebus cum sanitatis & salutis dispendio prodigere, quod ad diuturnam vxoris, liberorum & domesticorum omnium sustentationem esset abundè satis? Hinc adigente fame ac nuditate perennes rixæ, quotidiana verbera, maleficia pessima enascuntur. Ad me nuper è nobilissi-

bilisimo huius Prouinciæ emporio scripsit familiaris meus in hæc penè verba : En tandem mercator ille , cuius luxuriosas mensas toties fuimus demirati ; cùm centum aureorũ millia decoxisset, solum vertit. Quid mirum si dies totos alea ac opiparis mensis interpolando, magnam pecuniæ vim quotidie profundendo, negotiationem penitus negligendo, contractus temerarios ineundo, omni patrimonio, omnibusque diuitijs naufragus euaserit? ac dolendum miseros opifices, quibuscum pactus fuerat eodem inuolui naufragio.

Profectò ingens animum percellit mœror, dum video vnius hominis ad diurnam nocturnamque comessationem profligatissimi fauces insatiabiles calamitatum omnium plaustrum secum trahere , quæ non in reum solummodo, sed in egenos, insontesque transfundantur. Ast non huic næniæ immorandum: vestra hæc attentio ad aliam huius pestis fibram eruendam me vocat. Huc verò euocarim lubẽs eos omnes , qui corporis infirmitatem, deformitatemque veluti exitiales pestes fugiunt & execrantur. Vnde, quæso, illa perodiosa in oculis lippitudo , in naso mucosa stillatio , grauis in ore spiritus, vnde membrorum stupor, fœdissimæ exsputationes , podagra , paralysis , & sexcenta alia? cum non ab vno ebrietatis fonte promanant? Illa pulchriùs à Chrysostomo haurietis.

Oculi.

Homil. contra crapulam tom. 5.

Oculi, nares, & os, coryze, muco, & putredine, & his, quæ intus generatur cœnosis & impuris affectibus sunt plena, vt ipsa carnis substantia laxior fit, quàm natura proportio requirat, & fœtida ac inutilis, atque ad omne opus bonum inepta. Etenim & terra aquarum abundantia oppressa, innatum perdit calorem, perdit & suas vires, neque ad suum opus vel procreationem est idonea. Hinc & incurabilibus, & difficillimus implicantur morbis, tremoribus, palloribus, podagra, chiragra, & alijs pluribus: ita vt quamuis ebrietatem nec strictum illud iudicium, nec inferi, nec opprobrici, nec alia infinita mala consequerentur, meritò tamen propter illa ebrietas esset fugienda. O prodigiosas temu-

Ambr. l. de Ecclesiarũ ieiunio c. 16.

lentiæ notas! quibus si Basilij, Augustini, Ambrosij sepiam adderemus, non tetrius portentum fabulosa Arabiæ littora tulisse cerneretis.

Sed ad rationem alteram propero. Quippè video huiusmodi hominibus ingeniorum aciem ita hebescere, vt non solùm omnium magnarum rerum atque artium scientiam se consequi posse diffidant, sed etiam ad tritas & pueriles disciplinas, ad rei familiaris administrationem, ad negotiationes, denique ad omnia, quibus humanæ vitæ vsus & exercitatio conformatur omnino tardi, atque inutiles esse videantur. Quæ pernicies etsi iam plurimorum mentes peruagata, satis propositæ rationis momenta commonstret: tamen B. Augustini oppositissima similitudine rem illu-

lustrasse non pigebit. *Quemadmodum pluuia imiùm grandis, & diuturna si fuerit, terra inunditur, & in lutum resoluitur, vt nulla in ea cultura fieri poßit. Sic & caro nostra quando abundantiore potu fuerit inebriata, nec spiritalem culturam accipere, nec fructus animæ necessarios poterit exhibere. Si velimus vt ager corporis nostri bonos fructus proferat, non plus bibendum quàm oportet, ne, per nimiam ebrietatem ipsa corporis terra velut in paludem conuersa magis vermes & serpentes generare, quàm fructus bonorum poßit afferre: omnes ebriosi tales sunt, quales paludes esse videntur: quod enim in paludibus nascitur, nullum fructum habere cognoscitur. Nascuntur ibi serpentes, sanguisugæ, nascuntur ibi ranæ & diuersa genera vermium, quæ magis poßint horrorem generare, quàm aliquid ad victum exhibere. Istas enim herbas vel arbores, quæ aut in ipsis paludibus, aut circa ripas nasci solent, nihil vtilitatis habere videntur in tantum vt annis singulis incendio concrementur. Videte, quod de ebrietate nascitur, igni præparatur.*

Hæc sunt quæ Augustinum sapiunt, hæ sunt illæ similitudines, quæ ita olim concinnæ, ita genuinæ Chrysostomo & Basilio videbantur, vt eas suis scriptis interserere, & veluti vas argento incrustare non dubitârint, nec potuit Basilius ijs expensis quin exclamârit: *Periculum ô miser est, ne pro homine cœnum lutumq; fias, sic penitus vino deditus marcescis, ac quotidianam crapulam haud aliter*

quàm vina putida oles. Pluribus supersedeo, viri nobiles, & qui infixus animo hæret dolor, ingenuè fateri cogit fastidium innasci mihi è tam prolixa rei fœdissimæ vituperatione, quæ cum labente die ad finem vergat necesse est: aliumque me excipientem non illubenter audiam.

PRINCEPS. Absit à te fastidium, quando quidem procul absit à nobis tua dicta sic auidè arripientibus, vt cum auribus mentes planè deuinxisse videaris: nec enim vllius nostrûm in te audiẽdo beneuolentiam animaduerto imminutam, qui facilè hîc voluptatis absentiam vtilitate pensari prudenter agnoscimus. Quare ad cæteros istius infrugiferæ vitis palmites tua se extendat oratio.

CAPVT VI.

1 *Vinolentia animi secreta prodit.*
2 *Stultitiæ, leuitatis, omnisque impudentiæ mater est.*
3 *Seminarium vitiorum præsertim libidinis.*

THEOLOGVS. Plurimùm me reficit ac recreat tua, magne Princeps, vestraque, viri honoratissimi, attentio, & illa beneuolentia singularis, cui etsi omne, quod à me expectari possit, obsequium denouero, parùm sanè præstitisse videbor. Multa sunt, fateor,

or, quæ de ebriosorum despicatissimis mo-
ous in præsentia adferri possent : verùm
oniam ad Ethicas disciplinas potiùs, quàm
Theologicam nostram spectant, lubens in
iloſophũ hoc dicendi munus transcribam.
Porrò si de non prodendo animi secreto
atur, sat illud decantatum in prouerbijs:
lum est secretum, vbi regnat ebrietas: sat apud ëtas frequens, maximeque apud Hora-
m: *Prou.31. v.4.*

Reges dicuntur magnis vrgere culullis,
Et torquere mero, quos perspexisse laborant.

ii non dissona Ambrosij verba: *Plerique et- Tract.de*
i vino vtuntur vt equuleo, & quibus tormenta Elia & ie-
eliciunt vocem proditionis, eos tentant bi- iunio c.77.
do, vt patriæ statum, salutem ciuium, defensio-
suæ prodant consilia. Quis inter cyathos texit,
id latere cupiebat.

Quî enim huiusmodi merobibulus silen-
tenebris animi sensâ obscuraret, cùm ne-
e oculi, neque pedes, neque manus, neque
a membra, quamuis aliàs compositissimis
ità moribus, sese continere queant, sed
lle stultitiæ ac leuitatis edant argumenta,
æ scitè his versibus expressa lego:

apiente sedet grauitas, sed vt ebibit vuam,
Tam grauis est saliens quàm petulanter auis.
e, manu, pedibus nugax, & cætera bardus,
Vix mica aut potiùs nil sapientis inest.
i Cato, qui fuerat censor, qui fronte seuerus,
Sit Bacchi tactus numine, mimus erit.

Laudabilis meo quidem iudicio fuit illa Spartiatarum cõsuetudo, quâ liberis in Flota seu ebrio mancipio spectaculum exhibebant non minùs vtili documento quàm risu insigne : vt cùm inter cætera leuitatis vestigia gressum cespitantem, sermonem indistinctum, linguæ hæsitantiam, gestus incompositos, magisq; vesano, quàm sano consentaneos animaduerterẽt, à potus intẽperantia sensim auocarentur. Quidni propterea dixerit Anacharsis temulenti actiones à spectantibus insultus, & homini ad sublimia nato iure optimo incongruas iudicari. Nihil apud Doctores nostros obuium magis, nihil Basilio familiarius, qui totus est in ineptijs & inconditis moribus, quibus eius actiones asperguntur, enucleandis : sed ea verborum gratia ac venustate, vt si fors ad eam homiliam oculos animumq; appuleritis, video fore, vt mellea eius suada pellecti deuoretis vniuersam.

Homil. 14.

Atque vtinam his solummodò leuitatis, & stultitiæ crepũdijs insisteret! Vtinam rixis, contentionibus, inimicitijs, omnibus denique libidinibus fores minimè aperiret. Nunquam olim Hieronymus his in Iouinianum monitis exarsisset : *vinum & venter plenus, sunt seminarium voluptatum carnalium, contentionum, cõuitiorum, inuidiæ & zelotypiæ*: nunquam Paulus Corinthios *à contentione & æmulatione* (quæ duo facit quasi germina aut surculos

à temu-

temulentia pullulantes) ita ſerijs verbo-
um ponderibus fuiſſet dehortatus: nunquam
iam SS. Patres ſtyli ſui acrimoniam in hú-
ſmodi priuatæ publicæque tranquillitatis
erturbatricem armaſſent : vti rurſum idem
ieronymus. *Longum eſt ire per ſingula, & in-*
nias, quas ebrietas ſuggerit explicare. Videas
ios pocula in tela vertentes, ſcyphum in faciem
cere conuiuæ: alios ſciſſis veſtibus in vulnera alie-
a proruere, alios clamare, alios dormitare: qui plus
iberit, fortior computatur: accuſationis occaſio
t, adiuratum per regem frequentiùs non bibiſſe:
omunt vt bibant, bibunt vt vomant. Digeſtio
entris & guttur vno occupantur officio. Hoc di-
iſſe ſufficiat, quod ſecundùm Apoſtolum in vino
ixuria eſt, vt vbicunque ſaturitas, atque ebrietas
uerint, ibi libido dominetur, nunquam ego ebri-
m caſtum putabo. O verba non ſolùm albo
apillo, ſed etiam gemmeo notanda! Meritò
ir grauiſsimus non erubeſcit dicere, quę ipſi
n popinis, in triuijs in omnium oculis ſine
ronte perpetrare non verecundantur: & cur
pariter Ambroſius erubeſceret? eia, lector, ti-
i pagina in promptu eſt. *Ebrietas fomentum*
ibidinis, ebrietas incentiuum inſaniæ, ebrietas ve-
enum inſipientiæ, hæc ſenſus hominum mutat &
ormat, per hanc fiunt ex hominibus equi adhin-
nientes. Siquidem naturali vapore corporis calidi
& præter naturam vini calore flammati cohibere
ſe non queunt, & in beſtiales libidines excitantur.
Multa alia præclarè ad hunc modum author

In 1. cap. Epiſt ad Titum.

ediſſerit: ſed ne prolixiori forſan recitatione benignam mentem veſtram fatigem, vlterius prouehar.

CAPVT VII.

1 *Ebrietas pleriſque mortis occaſio.*

2 *Ammoni Dauidis filio natu maximo.*

3 *Holoferni Aßyriorum Duci & Athilæ regi.*

4 *Simoni Principi Machabæorum.*

THEOLOGVS. Ad metam properare eſt animus, tangereque poſtremam, ſed perniciosiſsimam huius portēti labem. Quidni enim portentum dixerim, quod tam intempeſtiuos, tam noxios fœtus parit? ſummum illud in rerum natura malum exiſtimari videmus, quod homini vitam, quâ nihil carius in humanis habet, & mortem violentiſsimam, quâ nihil magis perhorreſcit, cudere conſueuit. Hac in arena ab omni penè memoria palmam omnibus alijs vitijs præripuit ebrietas. Quis ſiccis oculis meminiſſe poteſt quas ſtrages, cladeſque non imi alicuius popelli, ſed procerum, principum, regum ediderit? Excluſa profana, me intra ſacræ hiſtoriæ cancellos includere lubet, quam paſſim

videó huiuſmodi ſanguine cruenta-
n.

O Ammon Dauidicæ domus flos primi-
ie! ô magnæ coronæ hæres! quàm profe-
ò me miſeret, dum te nil aduerſi ſubodo-
ntem ad fratris Abſalonis epulum accede-
conſpicor: illic, illic ementita amoris ſpe-
, & officioſis inuitamentis ad æquales cali-
extimulâris. Heu nimiùm cereus, parùm
ius, acquieſcis. Facile ac dulce fuit ebrieta-
ſuccumbere: at etiam durum & amarum
orti crudeliſsimæ occumbere. Porrò, vt
arij Abſolonici, vino obrutum aduerte-
nt, facto ſigno, in corpus pugionibus & te-
ſæuiére, necique immaniſsimæ tradidére.
facinus horrendum! perfidos & è fece po-
liganeones, principi, à quo ne minimam
idem iniuriæ labeculam acceperant, vitam
ferre! O perditiſsimi, in mentem venire
ouerat primigenium illum ſanguinem
enas aliquando à vobis per patrias manus
petiturum. Et te, ô Abſalon, quis furor
egit, vt fatale illud imperium in fraterna
ſcera exerceres? Quò pietas, quò in paren-
n reuerentia? itane ſpem, animumque
nnem illius, cui tot nominibus obſtringe-
re, fruſtrari non erubeſcis? ô inhumanum!
iod alijs in beneuolentiæ arrham exhibe-
r opipara menſa amicum excipere, feſtiuo
otu recreare: hoc tune ſigno ad nocendum,

ad germanum cruorem effundendum vtebare? ô proditorem! ô impium! Tene ergo indeploratum iacentemque præteribimus? ô Ammon? etiam tibi hæ nostræ lacrymæ litarent, si non tua officeret temulentia, si non vilissimi mancipij instar insanæ vini potestati manus cerebrumque cessisses.

Alium habeo, è cuius cæde quidem non mediocre ad periclitantes populos commodum legimus peruenisse: at etiam voluptatem infami miserandoque exitu videmus consummatam. Fingite vobis ob oculos insolentissimum illum Assyriorum Imperatorem pudicissimæ Iudithæ pulchritudinem deperire, genialem ei lautissimamque cœnam dare, mero se ingurgitare, ac denique altissimo somno obrui: Quis tum res Holofernicas in tuto collocatas non credidisset? Ecce tamen fœmina eminentissima, mollia præmeditatam cædem moliendi captans tempora, laneo pede ad conopæum, in quo Princeps terribiles edebat ronchos, adrepit, eius mucronem, qui infinitorum hostium adhuc tepebat sanguine arripit. Iamne altum dormis impie, cum *securis ad radicem posita est*, certaque mors incubat? & malleum inter & incudem tua te constituit crapula, en fœmineas inter manus hæres, sed diuino numine corroboratas, quæ te velut infrugiferam arborē obtruncatū ad sulphureos ignes amandabunt. Expergiscere, expergiscere, non pro-

oximus Vcalegon, ſed ipſemet æternum
ſurus es. Iuditha nouum lacertis vigorem
elitus illabi perſentiſcens comam ebrio
dore delibutam apprehendit, bisque per-
ſſum à ceruicibus reuellit caput.

ce caput, cuius minitantia lumina, fulmen
Et fera vox tonitru, fulgetra nutus, erant.
ce caput vini ingluuies, Bacchiq; ſepulchrum
Truncum fœmineo turpiter enſe iacet.

umpe igitur ô ebria anima, in Erebum
ntende, quò te libido trahit, iam lue vo-
ptaria & Holofernica tempora, iam totos
es, ac noctes aquæ ſtillam incaſſum emen-
ato, cui omnia modò pro votis luculen-
& baſilicè affluebant. ò infauſtiſsimam e-
etatem, quæ ijs vitam tollit, quos nec
rum, nec venenata tela, nec gladij
es, nec puluerea fulgura, nec inferorum
nina poſsint perdere! Vtinam te parrici-
orum matrem, te inſaturabilem humani
guinis gurgitem odio plus quàm viperino
ſequantur vniuerſi. Dum exitialem Ho-
ernis Iudæorum perduellis caſum memo-
, venit in mentem Athilæ Catholicorum
m hoſtis capitaliſsimi, qui ſe Dei flagel-
n audaci nomine iactitabat fulgoſius è
lo Diacono refert eum iter in Italiam a-
rnantem connubium in Hungaria
ſſe, at infeliciſsimum. Prior quidem nu-
rum dies totius exercitus reboante plauſu
berrimus, Sardanapalicis dapibus vndi-

que instructissimus, ipsius Regis græcantis & pergræcãtis insolẽtiâ festiuissimus hac, miseranda catastrophe circumscribitur. Attila lecto auro gemmisq; fulgẽtissimo decumbit: sed ecce cruenta fluxio per nares in madidas fauces dimanãs spiritu intercluso vitã excluſit, coẽgitque miserum fœtidè animam exhalare. Ille fuit temulenti principis exitus, cuius belluinæ immanitatis vbiq; terrarum vestigia cernebantur.

Quid de generoso principe, simulq; summo Pontifice Simone referam? nonne etiam illud Machabææ stirpis lumẽ insigne, tantopere in sacris paginis ob res præclarissimè gestas decantatum nimia meri libido cum liberorum, famulorumq; turba extinxit? siquidem Ptolomæus genere regnandi cupiditate supra modum exardescens conflato coniuratorum agmine in supremum legis diuinę humanæq; caput, sed ebrium nefarias manus iniecit, impijsimeq; trucidauit. O Iudæe, quantam in vnius nece iacturam facis? siuè hunc in rebus publicis administrandis spectares, consilij prudentiæq, medulla potiebare, siuè in rebus bellicis, vix comparem vidisse Bellonam fatebatur.

vl. Machab. cap. v. 6.

Quis porrò mediterranei maris insulas Cyprim, Siciliam, Rhedum & cæteras commercio Iudaico associauit? Simon Machabęus Quis marinos portus emporiaque innumera ad Solymeam negotiationem aggregauit? Simon

n Machabęus. Quis debellatis Regib. lon-
ateq; imperij terminos propagauit? Si-
n Machabæus. Ille est, cuius gloriæ fama
nes mũdi oras peruagata Spartiatas, & Ro-
nos concitauit, vt pro fœdere pascisceu-
nobilissimam ad eum legationem destina-
t. Ille est, quo gubernacula tenente diui-
ex adamusim seruabatur, nebulones è
itatibus exterminabantur, Tẽpli magni-
ntissimi supellex in dies augescebat. Quæ
dem magna esse, etsi nemo diffiteatur: ta-
n solummodò quæpiam eius laudũ sunt
erga, qui tabulam ipsam videre cupierat,
ri primi caput 4. consulat, & stupebit
um rerum omniũ perfectissimarum ideas
vnum hominem coire coalescereq; voiu-
. Et ecce (ô luctuosum facinus!) vna so-
; temulentia omnia hæc & tanta bona cõ-
at, euertit, depopulatur! vnum quidem in-
imit, sed è cuius morte ad omnes calami-
, iniuriaq; maxima delabatur: dum popu-
i. decies centenis hominum millibus sunt
ncipem, parentẽ suum, spem, robur, præ-
ium, omneq; bonum suum eripit: dum su-
emo numini insignem famulum, Templo
imium conseruatorem, legi defensorem a-
rrimũ impiè suffuratur. Dies me deficeret,
omnium funestarum cladium, quas hęc san-
inolenta bellua, sanguisuga sitientior pa-
re consueuit, vellem percurrere.

PRIN-

PRINCEPS. Iustus est tuus dolor, & iure sanguisugam appellas eā, quæ tota non solùm corporis, sed etiam animæ saluti inhiat. His enim expensis apud animū meum innumerorum malorum rationibus, omninò persuasum habeo illum, quem mors voluntariè ebrium surripuerit, meritò Tartareis ignibus tradi cruciandum.

CAPVT. VIII.

1 *Qui suapte sponte fit ebrius ob hanc solā noxam licet cæteroqui ab aliis sit immunis, si moritur damnatur.*

2 *Attenta pœnarum æternarum cogitatione percellere imprimis debet ebriosos.*

3 *Ebrius in extrema, quod aiunt, linea versatur.*

4 *Minus in duello mori quàm in temulentia periculosum.*

5 *An & quemadmodum quod patrat ebrius sit peccatum declaratur.*

6 *Quibus indicijs colligere possit quis fueritne verò ebrius vel non.*

THEOLOGVS. Vellem, Princeps optime, eos omnes, qui sibi à potu, nullum periculosiorem vitæ exitum pertimescunt, te huic

uic noſtræ ſententiæ liberrimè ſuffragan-
em, exaudirent. Quoniam ipſi forſan nullius
horum violandum præſumpſerunt, nullius
omum aut agros ſunt depeculati, nulli vio-
entas manus attulerunt, ſeſe ab ęternæ mor-
is diſcrimine immunes liberosque fore ar-
itrantur: errant, toto cœlo errant: Qui ſe
otu ſuapte ſponte ingurgitando fit ebrius,
nferorum gurgiti debetur præda. Norit de
illud Apocalypſeos narrari: *portio, eius in*
agno ardenti ignis & ſulphurũ: ſimulque illud
Dauidicum: *mors depaſcet eos.*

Ergone damnatos ſcriptura ſancta pratis
onſimiles eſſe teſtatur? quorum herboſa ſe-
es licet ab armentis continuò depaſcatur, aut
erro attondeatur, nihilomnius in radice vi-
lem ſuccum retinens iterum iterumq; ger-
inat, & repullulat. Itane corpus iam fa-
um immortale? & è perenni morte nouam
ormentorum vitam ſibi procreans in ſatu-
bilibus inferorum faucibus pabulum fieri
mpiternum? Ibine ab horrendis incendiis
epaſci, demorderi, diſcerpi, emori, nun-
uam tamen emoriendo dabitur? nec tamen
nnorum innumerabilium decurſu crapu-
m edormire, Lyæique madorem decoquere
ebit! ô qui poterit humana imbecillitas,
uem minimum calicis aculeum intimè per-
ntiſcit, plus quàm Aetneos flammarum
ontes ſuſtinere? *Quis poterit*, ait Iſaias,
bitare de vobis cum igne deuorante, aut quis ha-
bita bit

bitabit de vobis cum ardoribus sempiternis. O mortales, quæ vos malitia dementauit? quin ieiuni ac sobrij immensam voraginem, in quam anima cœco impetu præceps ruit, extimescitis?

An latet ebrios in lubricissimo putei Auernalis limine versari, imò iam vno solùm pede consistere? Quid præpedit quo minus, actutum deuoluantur? Heu tantummodo tenue filum, à quo vita æternitasque pendet, dæmonis auidissimè inhiantis prædatricem dextrã remoratur. Sed vndenam ferrum exquirat ipse, quo pendulam vitam filumque differet? eheu non foris arma hæc fatalia mutuanda. Domi sunt mille tela, mille gladij ancipites, qui momento illam eripiant. Quot in humoribus guttæ, quot in venis stillæ sanguinis, tot tuæ necis ac damnationis sunt aptissima instrumenta. Guttula vnica, quæ in cor deflua prolabatur, vel sinuosos cerebri meatus oppilet, tuis comessationibus exitialem exitum, quem perhorrescis, adferet, & æquissimo Iudici, vt par est, damnandum sistet. Quæ si quispiam non magni æstimet, videat aliud viris ebriosis vsitatissimũ simulq; horrendum, quod tamen in cæteris quouis scelere implicitis vix locum habere ipso vsu discimus. Illud Christiano homini commendatissimum, vt cum ad vitæ metas ventum fuerit, primaria cura sit sincerum doloris sen-

ſum concipere, diuinamque gratiam, quæ
gis animæ opituleretur, multis votis &
pirijs aucupari. Quod etſi breuiſsima tem-
ris circumſcriptione, quin perfici queat &
omento, vt egregiè docet Abulenſis: nihilo-
nus quicunque bacchicis illis exſpiratio-
ous, liquidæ rationis aciem hebetauit, nul-
n actionem vel homini conſentaneam, quę
ione vel vt inſtrumento primario nititur,
teſt ſuſcipere: nedum de ſceleribus in an-
ęta vita impunè admiſsis pœnitere; ideoq;
ienter Eccleſia cenſet eas preces, quæ ad
imę è temulento corpore emigrantis ſolan-
m calamitatem funguntur, ſuperuacuas eſſe
irritas.

Malim ego in duellica arena (quamuis
men huiuſmodi tanquam omni legi na-
ali, diuinæ, humanæ aduerſum, diriſsimo
thematis fulmine percellatur) quàm in
ietatis aulâ vitam ponere. Quid enim ſalu-
e mentis rationiſque inops præſtabit? &
os animi motus Chriſtiano heroe dignos
o languidus eliciet. In duello ſiquidem re
ntis integrâ, ratione duce, Deoque
pice fas eſt abiectis inſolentiæ armis ad
enitentiæ caſtra perfugere, fas eſt diuinam
hi gratiam multa vi lacrymarum cõciliare.
eo quidem lethalia ſæpè vulnera infli-
ntur, at non talia, quæ hominem actu-
n è viuis eripiant omnemque excludant

Tractat. in 10. ca. Luc. q. 13.

Tit. de reliquijs & veneratione SS. & c. Act diuinum.

ſcelera

scelera expiandi facultatem. Liceat igitur illud Dauidicum à generali peccatorum ruina categoricè ad vinolentos traducere *mors ebriorum peßima.*

PRINCEPS. Gratum iucundumque mihi accidit istud diuersimodè morientium discrimen, cumque tam obuium & veritati congruum videatur: miror intactam fuisse hactenus huiusmodi contentionem, telumque adeò validum à temulentorum ceruicibus abfuisse. Nunc verò ad absolutam susceptæ materiæ illustrationem occurrit dubitatio satis, vti opinor, grauis: num homini ebrio quæcunq; in diuinam legem peccat, vitio criminique vertantur.

THEOLOGVS. Dudum animo constitutum habui, magne Princeps, hanc quæstionem ordiri: quam meritò censes nostræ materiæ cancellis includi oportere. Quinque igitur thesibus breuibus iuxta & perspicuis respondebo, quas à doctissimo æui nostri Theologo placeat mutuari. Prima esto.

P. Sen. Sessius l. 4. de Iust. & iure c. 3. dub. 3.

Vel ebrietas est voluntaria, seu culpabilis, vel non est voluntaria. Rursus vel malum inde secuturum poterat præuideri vel non poterat. Si non, est vllo modo voluntaria, ita vt sit prorsus inculpata, quidquid ex ea secutum fuerit, culpa vacat, non minùs quàm id, quod committitur ab amente. Ratio est, quia nullo modo est liberum, nec enim per se liberum est: nam cùm agitur, deest vsus rationis. nec etiam in causa, quia supponimus causam non

n esse voluntariam. Talis erat nuditas Noë ex
rietate inculpata secuta: ignorabat enim vini
icacitatem, vt superius diximus.

. CONCLVSIO. Si verò ebrietas sit aliquo mo-
culpabilis, & malum præuideri poterat, etiam
l culpam imputabitur. Si petatur quando malum
æuideri posit ab ebrio. Dico tum posse præuideri,
aliàs erat expertus in simili dispositione tale quid
se commissum; v.g. iuramentum, blasphemiam,
niuriam grauem; vel si dubitans non adhibuit si-
i custodem, vel aliam cautionem.

II. CONCLVSIO. Si solùm venialiter peccauit
e inebriando, malum inde secutum solùm erit ve-
niale: ratio est, quia illud malum, v.g. homicidi-
um in ebrietate commissum, non est in seipso vo-
luntarium, seu liberum: cùm ab eo patretur, qui
iam vsu rationis caret: sicuti quod fit à dormiente;
sed solùm est voluntarium in causa, quæ est ebrie-
tas: ergo non potest maiorem contrahere culpam,
quàm ipsa causa hîc & nunc habeat, atque adeò
quam voluntas illa, à qua ebrietas illa dicitur
voluntaria: ergo si hæc voluntas solùm est venia-
lis, illud malum etiamsi forte sit homicidium, non
imputabitur nisi ad culpam venialem. Vnde patet
fieri non posse, vt ebrietas sit peccatum veniale,
& opus ex ea secutum imputetur vt mortife-
rum.

IV. CONCLVSIO. Fieri potest vt ebrietas sit
mortifera & malum ex ea secutum, etiam aliàs
per se grauissimum, non imputetur ad culpam,
vel nonnisi venialem. Hæc conclusio duas habet

partes: primam sic probo. Ad nullam culpam imputabitur, si malum nulla ratione præuideri poterat: quod enim nullo modo est cognitum, nullo modo censetur volitum aut voluntarium, vt si nihil ei occurrit, quod excitaret dubitationem vel timorem talis mali euenturi, quod facilè accidit ei, qui nihil tale est antea expertus: vel si occurrit, humano modo sufficientem cautionem adhibuit. Secunda pars restat explicanda: nempe ad venialem imputabitur, si aliquo modo præuideri poterat (vt aliqua leuis dubitatio de eo incessit animum) & per venialem negligentiam maior consideratio fuit prætermissa. Ratio est, quia etsi tenebatur ebrietatem sub peccato mortifero vitare, ob intrinsecam ipsius malitiam, eius periculo satis animaduerso, non tamen pari obligatione tenebatur illam vitare ob malum, v.g. homicidij, eò quòd non satis eius periculum aduerterit, sed solùm leuiter, & in eo neglectu non peccauerit nisi venialiter, vti suppono. Confirmatur, quia in homicidio casuali potest esse peccatum veniale ob defectum considerationis necessariæ ad culpam lethalem: atqui tale homicidium est casuale respectu illius hominis & voluntatis præcedentis: ergo solùm est peccatum veniale, non mortale.

V. CONCLVSIO. *Quando autem perfectè quis aduertit periculum mali, quod incurret excedendo in potu, si hoc malum graue sit, tenetur sub peccato mortali vitare periculum. Vnde si hoc etiam per se sit peccatum mortiferum, sicut est ebrietas; in voluntate illa prauia, qua periculum acceptat,*

vel

vel non vitat, erit duplex malitia mortalis; altera quatenus terminatur expressè vel implicitè ad ebrietatem: altera vt respicit malum inde secuturum, si v.g. se exponat periculo blasphemandi, socijs iniuriam inferendi, fœminas violandi &c. totidem sunt peccata mortifera: si etiam ebrius omittat id ad quod præstandum tenetur, vt iudex alteri parti suum ius non tribuat; qui est in sacris vel beneficio Ecclesiastico donatus Horas Canonicas legere prætermittat, Catholici quique festis aut Dominicis diebus sacro non interfint, aut sine attentione vllæ audiant, omnes huiusmodi ex omissione peccatum mortiferum incurrunt.

Ex vniuerso documẽti huius aceruo colligere est, ebrietatẽ nõ paruo fatellitio stipatam, at cõmuniter ingentẽ criminũ cateruam secum trahere, quæ omnia nemo est qui dubitet singulatim sacerdotis auribus committenda, quasi totidẽ actiones vitiosas specie ac natura discrepãtes. Atq; hęc de ista quęstione perspicuitatẽ qua licuit maxima dicta sint.

PRINCEPS. Sæpenumerò nonnullos animaduerti in varijs disceptationibus, siue quæ ad morum, siue quæ ad conscientiæ stabilitatem pertinent, enodandis, ita verborũ parcos, ita nutare, vt nihil definire audeant, sed potiùs audientes difficiliori, quã priùs, intricẽt labyrintho. Quæ verò à te disputata sũt, vir eximie, nõ modò nil mancũ, nil cespitãs, nil obscurũ præseferũt: sed perspicua sũt omnia, venusta, solida, & sua perstãt basi. Lubens

adhuc, si graue non foret, quæstiunculam, quæ ipso vsu & exercitatione frequens est, adderem: quibus videlicet indicijs quis sit ebrium fuisse, aut non fuisse deprehendet: quisque enim culpam à se procul solet amoliri dicereque se non ebrium, sed festiuè hilarem fuisse.

THEOLOGVS. Reuera, fateor, nihil ita curiosam mentis aciem distrahit, plurimumque refert hac in re fluctuãtem firmare animum. Firmet verò idem, qui modò vobis mirè sapuit, Theologus.

Primò, quando quis postridie non meminit, quid egerit, quomodo domum venerit, aut cubitum concesserit, à quo deductus vel adiutus fuerit &c. Magnum signum habet hesterna ebrietatis. Ratio est, quia dum quis ratione vtitur, refricat, retinetq; gestorum memoriam. Vnde si memoria hic eum deficiat, non videtur rationis compos fuisse. Secundò si commisit, quæ nunquam integra mente solet: vt si locutus, aut fecit turpia aut absurda, cùm aliàs sit castus & prudens: si iurauit, conuitia euomuit, vxorem & familiam turbauit, cùm aliàs sit modestus & benignus: indicia hæc sunt rationem & prudentiam fuisse consopitam, & hos insolitos motus ex vino perturbata imaginatione processisse. Tertiò, qui nouit discernere bonum à malo, licitum ab illicito, vitare mala, ac eligere bona, non videtur esse ebrius; etiamsi vespiret et incederida, omnesq; ei domus verti videantur: talis enim distinctio nõ potest cum defectu rationis consistere:

Parè

ari modo si possit solita officia vtcunque exequi, tsi cum vertigine & difficultate.

Sed vtinam hominum insolentia his finibus coërceretur, eumq; in potu modum seruaret, quo nobile illud rationis præsidium non proscriberetur. Eâ iam auiditate nostri temporis helluones, gurgitesque in vinum ac ebrietatem feruntur, vt cum immanibus belluis se posse congredi, madidamque palmam ferre glorientur. An non profectò fœdissimam præstantissimæ suæ naturæ notam inurere censendi sunt? an non è nobilissima filiorum Dei sorte sese eximere, vt miserrimæ dæmonis seruitute opprimantur? Quis eo capitalior hostis? quis magis læsæ maiestatis reus? quis scopus aptior, in quem diuinæ furoris tela ignea, sulphureaque emittantur?

Hîc Theologum orationis suæ vela contrahentem (nec enim plura fari infixus animi dolor) mirabiliter confessus vniuersa auditorum actio, congratulatioque commouit: omnes enim quâ nutu, quâ gratiosa verborum comitate quantum vtilitatis iucunditatisque hausissent, testari nitebantur.

CAPVT IX.

Adhortatio ad fugiendam ebrietatem breuem rationum allatarum summam complectens.

LEctor beneuole, vel ebrietatem colis adamasque, vel eam fugis; si fugis, non dubito quin magnam in sinu susceperis voluptatem, dum in eam vitiositatem, à qua integer diuino munere, vacuusque perstas, conijci damnatorum calculum inaudijsti; miratus siquidem pro eo ac par est infinitam hominum multitudinem in rem adeò fœdam, adeò pernicioſam effrænata quadam cupiditate propendere, & illud amplecti, quod Spiritus S. infamat, sacræ paginæ detestantur, SS. Patres odio implacabili persequuntur, ratio naturalis abhorret, quod denique natura ipsa execratur. Quod si eam colis, ecquando, si non modò opportunissimè sese offeret occasio mentis tuæ senatum aduocandi ad comessationes tum præsentes, tum præteritas censoria notatione castigandas? Ecquando, si non modò, eam viuendi licentiam, quæ salutem tuam toties in euidentissimum discrimen adduxit, salutaribus lacrymis expiabis? Insanus planè homo es, & ne salis quidem mica præditus, si ita gratis, nulloque proposito emolumento (nisi forsan modicæ titillationis, quæ quàdiu fauces palatumq; vino madet,

adet, suauiter afficit & illabitur) æterno-
um bonorum ac gaudiorum iacturam facis,
eq; id modò, at simul cruciatus tibi acer-
s intolerabiles, cruciatus, inquam, huiusmo-
, vt cum ijs nostratium tormenta compo-
a leuissima sint, & tãquam guttula *roris an-*
lucani; flagella, enses, laquei, ignitæ subulæ,
lcariæ fornaces, ahenum feruenti pice hor-
dum, candens solea, rotæ equulei, ferrei pe-
ines, fustes plũbei, laminæ ardentes, omnia
niq; tormenta, quæ Scythæ, vel Brasilij,
l Anthropophagi vnquam excogitârunt,
n cõtentionem cum æternis venerint, me-
nugæ, somnia, crepundia, pigmẽta esse vi-
buntur. Proh quàm infelix homo es, qui
ntorum dolorum malorumq; Iliadem tur-
s Bacchi amore ductus subire non recusas!
nõnunquam dum Baccho genioq; indul-
re te bellè fingis, nauseãti stomacho officis,
aluũ crebra vomitione exulceras, vt com-
oonum crudeli beneuolentiæ miserè ancil-
is: porrò illi nescio quod ius vmbratile, ne-
o quã fucatam rationem in potu alternan-
orætendunt; quam nihilominus amplecte-
,& omni iure, rationeq; pessundatâ inte-
um animæ affers voluntarium.

Quę cùm ita sint, te obtestor, per illã quam
i, animæ tuæ & saluti curam deuouisti, vt
ueteratam illam potandi mittas consuetu-
nem: te, inquam, obtestor, vt discussa men-
caligine summum diuini in te amoris non

in re tenui specimen meditere. Potuit ille siquidem, dum iam vino mersus nihil hominis præter externam frontem gereres, te ex improuiso adoriri, & mores iniquissimos morte repentina vindicare: noluit tamen: at potiùs insueta miseratione immerentem prosecutus, fluxionem, qua iam fauces intercludendæ fuissent, stitit, importunissimos dæmonum impetus fregit, custodis Angeli in mille casibus, in mille periculis ministerium suppeditauit. Qui si à capite, si à pectore, si à lateribus abfuisset, vbinam gentium fores? nonne à Sardanapalica tua mensa in Caini, in Iudæ, in ebriorum, quorũ priùs funestissimos exitus audijsti, contubernium abijsses? Vide quid te in posterum fiet, si animam ita infeliçi aleæ subijcis. Væ tibi si ebrietatem repetas, & caue ne Deus, qui te toties è rapacissimis stygij draconis vnguibus exemit, scelere tuo exacerbatus animam ad eos fines amandet, vbi innumeris seculis se potiùs suæ cupiditatis rationibus quàm salutaribus hisce nostris consilijs acquieuisse lamentetur.

CAPVT X.

Sermones Symposiaci.

1 *Insana perpotandi libido quatuor miserabiliter conficit.*

2 *Pater à monstroso partu, quem ipse procreârat, exanimatur.*

3 *Vino*

3 *Vino calentes dum temerè in arma prosiliunt, multi incautè opprimuntur.*

4 *Adolescens religiosæ familiæ desertor vino madidus bacchatur, perimitur.*

5 *Ebrio Lepido illudit Carolus V. Imperator.*

VBi Theologus suas peregit partes, imperata à Principe cœna est, cui non imparata super mensam colloquia accesserê, sed ea maxime, quæ ad illustrandos nefarios temulentiæ exitus facerent. Quisque pro virili elegantem, aut horribilem historiam quasi de memoriæ penu promere conabatur. Suam Princeps è Ioanne Benedicto, & eius propè testatam oculis orditus est, quæ vti ordine, sic rei dignitate primas tenuit. Cum paterfamilias quispiam perditissimus funditus rem familiarê dilapidasset, non potuit vxor, quin ei quendam cum gregalibus pergræcanti, pro eo ac par erat extremam liberorum egestatem obtruderet. Ipse talem ignominiam in præsentia expiandam ratus, ita baculo in eam desæuit, obtriuitque, vt nunquam se solo excitatura crederetur. Sed ira faciente animos, nouoque pedes subministrante, ad seueriora arma, vti videbitis, conuertit animum. Ecce domum regressam vndique pusiones macie omnino extenuati adoriuntur, lacini-

In summa pecc. scripta circiter ann. 1583.

laciniam demordent, etiam in cutem adigente biduana fame dentes coniecturi, ni parens, & marituli iniuria, & filiorum rabie supra quam dici potest perculsa, vtriusque iugulum ferro petijsset, deglutiendique panis vias immanisimè præcluisisset. Ab ipsa cæde facta ferocior stat, calcatque suorum exultabunda sanguinem, stat madente cultro, maritumque vino madidum opperiente. Porro statim ac pedem limini intulisse prospexit, vt omnes suæ calamitatis numeros absolueret, nihil cunctata, eum filiorum funeribus iungit, caput obtruncat, Iudithæ facinus audacter, sed minùs prudenter imitata. Morieris, inquit, ô impium meæ, tuæ, & liberorum ruinæ caput. Ego verò meæ vitæ prodiga lubens necem à quolibet mihi inferendam præstolabor: nec diu præstolata est. Eve stigio adfuit magistratus, debitoque supplicio eam addixit: quod prius quàm subiret, vehementi admodum cohortatione ebriosos & decoctores perculit. Tam insueta narratioue conuiuarum animi attoniti hæsêre, donec è Satrapis quispiam Principi in paucis charus huiusmodi subiecit suam. Superioribus hisce diebus nõ absimilem ait, è Gallobelgici libro 12. excerpsi, quæ cum recentior, vtpote vix binas annorum decades excedens, cumque nuperrimè typis excusa sit, auguror vos quidpiam nouitati daturos.

De om-

De omnium, credo, bipedum nequissimo mihi sermo est, qui totum anni tempus non sub dio, sed sub popinarum tecto triuerat, & iam antecinerales dies impensiùs quàm reliquos dicare Baccho parabat: sed obstitit vxor partui imminens, & quà vi, quà verbis intra domestica septa cohibere omnimodè nitebatur: ipse contra diris monentem deuouere, comminari se ferrum in ilia adacturum, & dœmonem, quem aluo gestaret prepropero partu in lucem aditurum. Quidni ad hæc verborum fulmina pauida mulier marito habenas laxet? Interea augescentibus fœturæ doloribus parit, at monstrum deforme, ingens, ipsi naturæ execrandum: superiore quidem sui parte hominis quidpiam præseferens: at reliquo corpore nihil nisi immanis serpens cum syrmate tres vlnas longo. Quid parétem toto die debacchatum, cum iam domum reuertit, fecisse, dixisseue autumatis? Eheu lingua manusq; obtorpuêre, vt in eũ monstrosus filius velut in destinatam sibi prædam insilijt; sinu oso caudæ volumine arctissimè constrinxit, & pestifero suo veneno secundò inebriatum fœdissimè strangulauit. O tetrum spectaculum! cui vxor superstes esse non sustinuit, imò nec monstrum: iam enim partes suas diuinamque voluntatem peregerat.

En

En binę historiæ, quarum admirabilitas hinc inde perpensis rationibus pulchrè à conuiuis agitata est: alij priorem Cæsarum multitudine atq; ipsius mariti vxoria manu trucidati cladem præstare contendebant; alij alteram magis diuinam iracundiam portendere, quod parenti monstrum nutu diuino progenitum sit, quasi ebrietatis suæ insigne simulachrum: quodq; necem sibi illatam senserit ab eo cui vitam, aut saltem præuia vitę instrumenta contulerat.

Aderat inter conuiuas veteranus militum præfectus, qui Carolo V. Imperatore meruerat. Rogatus num etiam è bellicæ memoriæ loculamentis ad hanc rem quidpiam promere vellet, mihi, inquit, opus foret & tempore & numero maiori, quàm Arithmetica ferat ad recēsendos eos, quos temulentia turpiter Bellonæ mactauit. Quot vidi ingero incalescentes magnanimitatis specie, sed mera temeritate ductos hostium aggeres conscendere, sarcasmis & futilibus conclamationibus Thrasones agere, qui fastus imprudens breui post glandis bellicæ fulmine oppressus concidebat? Quis referat à potu inita duella propè innumera, quæ bonos milites, egregiosque ductores patriæ surripiendo hostium vires audaciamq; sępius adauxére?

Quot velitationes, quot impressiones à militibus temulentis suscipiuntur: sed miseri

miseri extremum discrimen adeuntes, prius mortem hauriunt, quàm cogitatione præsumsérint. Si hæc militiæ, subiecit Princeps, etiam dominos minùs funesta contigere. Nihil magis nobis oculos, aureſque verberat, quàm modò hos è scalis præcipites datos, modò illos necè repentina correptos, alios è traiectitia tabulâ prolabentes vinum ac vitam in aquis perdidisse. Lenia sunt illa: hisce auribus è religioso viro concionante accepi vnius anni spatio mille trecenta homicidia intra modicæ prouinciæ fines patrata fuisse, neque verò intra ciuitatum pomeria, sed in pagis dedicationis diem magis festo potu, quàm festa prece celebrantibus. Quid barbarum magis? Nonne meritò detestandum illud censeatur, quod perbreui tempore maiorem hominum segetem, quàm bellum ipsum demetit, nullo-que prorsus emolumento accedente disperdit.

Hîc narratione supersedendum esse visum est. Cessauit, & cessit lingua dentibus: nec diu tamen: nam allatæ ad quempiam è domestica nobilitate primariam à festino cursore litteræ, silentium, atque adeò festiuissimam sermonum telam interruperunt. Actutum enim conuiuæ omnes in legentis vultu etiam legere nescio, quas mœroris notas: cumque quid noui accidisset auidè per-

dè percontarentur, noui, ait, siniſtrique plurimum. Ebrietas, eheu non illorum, quos hactenus memorauimus sanguine satura, etiam quòd mihi oculis charius erat, helluata est. Itane nepos meus interijt? ipse acri ingenio adolescens, opulentorum parentum spes vnica res fluxas, & quæ in ea ætate appetuntur, dudum consectatus, aures tandem diuino instinctui aperuerat religiosum institutum complexus.

Sed ecce illud deseruisse audio, & à religiosissima viuendi norma ad immoderatissimas comessationes discessisse. Nuper totus vino madens cùm egressum è popina meditaretur, multo hortatu dissuasit hospes, ne forsan nocturnis excursionibus infestaretur. Sed quid vereatur sensibus obrutis: imò quem primò habuit obuium, conuitijs, deinictibus lacessiuit.

Ille Christianę charitatis īmemor oppidò pugionē capiti impingere fędissimeq; iuuenē profligare non dubitauit. Aduolāt medici, chirurgiq;, & ea remedia, quæ ars in promptu suggerit, adhibent. Nec defuit medicus etiam spiritalis in aures confessionem inculcans, manum, identidem stringit, omnimodè aliquod salutiferi doloris iudicium expiscatur, at surdo canit: eum verò paulò post crapulâ mistus cruor suffocauit.

Quis-

Quisq; mœrentem virum solari pro eo ac poterat nitebatur, maximeque princeps: sed ita animum occupârat dolor, vt nullus consolationi locus relictus esse videretur. Quicquid enim consolatorium conuiuæ subijciebant, solùm ad corporis damna patienter sufferenda, non verò ad scrupulum de eius animæ discrimine eximendum proficiebat.

Quapropter dolnit princeps omnibus tristem hunc nuntiuim, frontem hibarem, & propè appetentiam sustulisse: & quò faciliùs luctuosæ narrationis nebulam è mentibus pelleret, aliam festiuissimam exponere est aggressus de Carolo V. Cæsare, qui quondam forum Gandense perlustrans pauperculum, quem multo potu languidum somnus in via interceperat, & lapideo cubili affixerat, attentiùs obseruauit: dein iussit ad palatium deferri suum, molliqúe in culcitra reponi, quam serica, aureaque omnia circumuestirent, famuli verò sedulò curarent, ne priùs quàm crapulam edormisset expergefieret.

Caurè ipsi iuxta ac lepidè sua peragunt, dumque altum stertit, torques, monilia, regias vestes apparant, regias dapes, regium seruitium. Vt tandem somno & vino solu-

solutus fuit, mollicella toralia tractare, veternũ excutere, affrictos oculos è sericis velut è specula educere, quibus aulea pẽsilia vndiq; obuersantur, vndique famuli nudi capite cuncta opportunissimè subministrãtes, splendidam vestem, speculum, abluendis manibus gutturnium.

Hîc cœpit variè secum disputare, imò altercari: quid rei est? quæ turba? quod vestis genus? quis ille aureus carcer? ni fallor, non hic hesternus torus, nõ Lodices cannabinæ, nec solet casa nostra tali insterni peristromate, sed araneorum potiùs. scilicet mente captum vanæ species ludificant: sanè haud mihi credo, nec talibus somnijs volo credere. Quæ porrò somnia? reuera istæc palpo, sentio, video, audio: itane forsan combibones mei scruta & vilem suam lacernam in huiusmodi luxum commutârint: non est credibile. Tandem ratus Dœmonum esse laruas, mendaciq́ue imagine se deludi magna vocis contentione omnes omniaq́ue adiurauit, & iterato crucis signo abigere famulos est conatus: à quibus tamen ostro auroq́ue totus induitur, ac in aulam magnificentiorem deductus mensam lautissimis ferculis instructam vti prospexit, desæuijt ira, & seruire tam benigno tempori, tamq́ue felici somnio decreuit. Non hîc aulæis circumspiciendis vacandum, omne studium in patinas vertatur necesse est: nõ pudet manum vtramq; adhibere

opera-

operatricem, omnes digitos venaticos facere, sed, piget, non satis dentium sauciumq; esse. Qui prægnantem risum teneant ephœbi, dum vident trioboli hominem, si non in gestu ac moribus, saltem in egregiè comessando se se principem virum exhibere, non segnes ipsi ad singulos propè bolos meracissimum vinum fundere, ac refundere, sic vt nutarent oculi, redierisque sopor nasum in paropsidem impingeret.

Imperator, qui è latebris iucundè fuerat speculatus, sat ludibrijs datum esse innuit, sat, principis personam tam malè sustinuisse fungi homine: quare mandat hesterno cubili pannosus posthiminio reddatur. Delatus ergo ad forum est quàm suauissimè, vbi posteram in lucé iacuit, vsq; dū è vicinia quispiam ronchos solitos edentem propellit pede, & excitat grandi ore hiscentem. Quid tum animo reuoluisse cogitatis? nihil credo aliud, quàm solent ij, qui se lautiori epulo somnianti indulsisse, cuius dum lætę imagines menti recurrunt, agilior quodammodo in venis gestit sanguis: verùm dum ad subulam, ad cepe ad famelicos pusiones reditur, eheu breue gaudium!

Mathurinus momus, qui labellum pro virili hactenus compescuerat, non potuit, quin iocos interfereret. profectò quin mihi detur, ait, eandem subire sortem, quin me dies vnicus principem, videat: prô quàm famu-

los meis nutibus vellem obsequentes,& istos à pedibus, vapulones à tergo facerem.

Adiecit princeps homuncionem illum reliquo vitæ spatio mordicus semper asseruisse, quicquid in Imperatoris aula gestum esset, purum putumque somnium fuisse. Saltem id è facetijs potest elici documentum, quanto hominum ludibrio patefcat ebriosus. Visa hæc Theologo sympofiaci sermonis ratio materię à se susceptę plurimum splendoris attulisse, non minùs, quàm dum pictor iuniperino gummi tabulam illinit, vt concinniùs & illustriùs puidpiam in coloribus appareat. Cùm iam mensę vacaret exercitium à sacræ stirpis erogatore acta grates Deo & in crastinum pomeridianum omnes amicè inuitati, quod se præstaturos eò libentiùs spoponderunt, quod variorum ingeniorum, in eandem arenam excurrens industria mirificè audientium animos prolectet.

POMERIDIANVS CONGRESSVS SECVNDVS.

PROLOQVVNTVR CANONVM Peritus, Iurisconsultus & Politicus Canonista

CAPVT I.

1 *S. Petrus damnat ebrietatem.*
2 *S. Eutychyanus ebriosis diram imprecationem detemit.*
3 *Prohibent ebrietatem Concilia.*
4 *Canones item Apostolorum.*
5 *Et Concilium Lateranense.*
6 *Quam grauis pœna inflicta ebrio sacerdoti ex amentia Confessionem aperienti.*
7 *Secretum Confessionis inuiolabile & iuris diuini.*

POSTERA luce circiter secundam pomeridianam omnes mirabilem attentionem vultu, indice promittentes conuentum iterato egere:

factoque conſeſſu Canoniſtam euocat princeps, comiterque hortatur, vt quæ ex antiquis legum ſuarum ſcrinijs eruiſſet, tam eruditis auribus credere non grauaretur.

CANONISTA. Quanquam mihi frequens conſpectus veſter multò familiariſsimus: hic autem locus ad diſſerendem aptiſsimus, ad dicendum ornatiſsimus ſemper eſt habitus: tamen ſecundum illum, qui eâ ſcientiâ præſtat, quæ omnium regina & magiſtra meritò nuncupatur, atque inter cæteras, velut inter ignes minores luna ſplendeſcit, verba facere pertimeſco. Viſus enim mihi eſt totius orationis ſuę ſtructuram tam firmis rationum ponderibus ſtabiliſſe, tam accommodatis SS. Litterarum, Patrumq; ſententijs illuſtraſſe, vt ſuperuacaneũ exiſtimem perfectiſsimo operi aliquam velut inconcinnam molem ſuperſtruere. Verum tamen quando à Canonica mea palæſtra quidpiam expectari videam, quod non modicam incunditatem ſit allaturum, dicam equidem, ſi præmonuero Canones, Conciliaque maximè ſeueriſsimeq; in eos animaduertere, qui ſacrũ illud os Dei ſui quotidie gerulũ potu intemperanti polluunt, quamuis pleraq; nõ deſint, quæ Laicos inſigniter etiam perſtringant.

Atque inprimis ſæpenumero fui demiratus nos vitij huius vituperationem etiam à B. Petri ore poſſe mutuari. Siquidẽ S. Clemẽs, qui quartus ab illo ſedem adiuit pontificiam

Epi-

Epistola prima ad B. Iacobum Hierosolymorum antistitem missa, hanc eius fuisse mentem asserit: *Ebrietatem oppidò prohibebat, & ebriosos corpore & animo mortuos prædicabat*: de quibus in exemplum aiebat: *Væ qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam, & potandum vsque ad vesperam vt vino æstuetis.* Isa. 5.

Sanctissimus autem pontifex, simulque Martyr Eutychianus sub annum Domini 275. decreto suo 8. illa inseruit: *Magnum malum ebrietatis, vnde vitia omnia pullulant, Christianis modis omnibus cauere præcipimus. Qui autem hoc vitare noluerit, excommunicandum esse decreuimus, vsq; ad congruam emendationem.* Eadem propè decernit pœnas Moguntinū. Tom. 1. Cōc.

Ecce prisca illa ætas culpam nunc in tenuibus habitam ea imprecatione, quæ quouis fulmine pertimescenda magis censebatur, castigare non dubitauit. Nec deinceps remisit laudabilis, instituti rigor, sed eodem tenore semper in secula, insecuta edurauit.

Anno 506. Romæ sedente ad gubernacula Symmacho pontifice Concilium Agathense è 35. Episcopis conflatum ebrietatem quasi vitiorum omnium fomitem ac seminariū hominibus Deo sacris abhorrescendam proponit: & quo ab ea efficientiùs auocet vniuersos, id lege sanciuit. *Qui deprehendetur certò fuisse ebrius, 30. dierum spatio sacra cōmunione priuetur, vel in corpore puniatur.* Haud etiā minores pœnas Veneti Patres, qui sub annum 453.

num. 453. tempore Leonis primi conuenêre, infligi volût, constitutionemq; tulêre, quam videre est in decretis dist. 35. c. vlt. cuius initium est: *Ante omnia*: vbi Glossa explanans quid sit *puniri in corpore*, ait, tales solitos dare plagas numero quadraginta: idq; sanè pro re nata, vt si fortè Iudex reum animaduerterit spiritalem mulctam floccipendere, iuberet illum in cute benè pungenda luere, quod in ea benè curanda peccauerat.

Propè è manibus exciderat sanctio Apostolica, quæ inter canones Apostolorum à S. Clemente Græcè summa cum authoritate cõscriptos refertur: è quâ tum Ecclesiasticus, tũ laicus, quod sibi conducat, hauriet. *Quicunq;* Can 41. 42. *Episcopus presbyter, aut Diaconus alearũ lusui, aut ebrietati deditus fuerit, si perseueret, deponatur.* Isti verò canones eò maiori apud me loco sunt quòd Franciscũ Turrianũ è societate Iesu exquisitissimam apologiam pro ijs tutandis elaborasse conspicio.

Verum ad se rapit amplissimum illud Lateranense Concilium Romæ anno 1215. Innocentij Tertij tempestate habitum. Quid illo præclarius? quid eius decretis sanctius? Quis cap. 13. porro 1200 prælulũ (totidẽ constitisse certum est) sententijs mirabili doctrina & sanctimonia corroboratis refragetur? Omnes ad vnum lego verbis grauissimis temulẽtiam interdixisse voluisseq; Ecclesiasticos inueterata consuetudine ei adhærescentes ab officijs, & beneficio

nefico vsufructu remoueri, ne quæ pietatis subsidia atq; instrumēta virtutis esse deberēt, in libidinem audaciamq; consumerentur.

Amplius quidpiam in synodo Treuirens. anno 1548. celebratâ aduerto. Si enim hoc dāno, ignominiaq; mulctati meliorē frugem nō ferant, protinus omni dignitate, omnibusq; titulis exuantur: nec id solùm, sed etiam in cute luant, & ad pecorum greges amandentur, vt ab ijs edendi, bibendiq; normam edisc ant. Inest enim huic vitio quædam pernicies, quæ cum à cæteris mortalibus, tum maximè ab Ecclesiasticis est resecāda. Solet illud sacratissimum cōfessionis arcanum, quod omnis antiquitas æternis tenebris obtegendū esse decreuit, nō modò imprudenter, at impudentissimè aperire: & quia nulla eos conscientia ab inurendo notam, iniuriamque tanto sacramento retardat, id ipsę leges velut immane sacrilegium, ac iuris diuini violationem pendentes adeò detestantur, vt huiusmodi homines prorsus ab officio deturbari, reliquumque vitæ curriculum assidua peregrinatione velint exigere. Vult insuper Generale Concilium Lateranense ab officio deturbatum in monasterium, vbi religiosæ disciplinæ rigor insigniter vigeat, detrudi, perpetuasque pœnas de seipso sumere. Imò Felicianus *l. ea degradatione cap.* 4. tales sacrilegos, à Romanis Pontificibus palam exauguratos, & in magistratuū potestatem, vt morti addicerentur, traditos fuisse scribit. *Can. facerdos de pœn. d.* 6.

PRINCEPS. Profectò omnes illæ sanctiones, tum verò illa Treuirésis plurimùm ad mentem meam facit: non enim vulgare ebrietatis odium in sacerdotum animis excitabit.

CANONISTA. Quæcunque suppliciorum acerbitates tam nefario sceleri decernantur, iustas esse oportet: quod enim malum mundo grauius incubet, quàm si peccatorum confessio odiosa, molestaque secretissimi illius sigilli proditione efficiatur. Ita fiet, vt iugum illud, quod Christus Dominus tam suaue, tamque leue deprædicauit, velut intolerabile homo Christianus ab humeris suis excutiat, & excutiendo sese à gratia diuina, infinitisque alijs bonis excludat. Quis nescius est Dei filium sigillum illud ita munisse, firmasseque, vt, etiamsi regnorum & prouinciarum salus ab eo prodendo penderet, etiamsi is, qui à confessionibus est, diris simis tormentis ad veritatem ex auditis exprimendam adigeretur, ne minimum quidem rei occulendæ signum efferri posset. Quin post fata manet illibatum, vt defuncti fama, confessionisque iura in suo vigore perstent.

PRINCEPS. Prô quantum hinc peccatori accedit solatium! quantum ad grauissima fidelibus sacerdotis auribus committenda incitamentum!

CANONISTA. Ita se res habet, tutoque sibi quiuis persuadeat, quæ fassus fuerit, æterno obliuionis silentijq; tumulo esse cómendata.

PRIN-

PRINCEPS. Si verò euenit temulentum sacerdotem occultum alicuius homicidium vel simile crimen auriculari scientia cognitum effutire, fasne sit magistratui authorem sceleris indagare, in eumque hac via deprehensum animaduertere?

CANONISTA. Scio Doctores omnes omninò in eā ire sententiam, quòd Iudex, qui non per alia, quàm per ipsius Confessionis vestigia ad criminis latibula peruenerit, etiamsi fortuitò in descriptam peccatorum seriem incidisset, neutiquam possit huiusmodi reum quæstioni subijcere, multòque minùs morte mulctare. Si forsan mulctasset, vtpote complurium virorum testimonijs conuictum, ac postmodum deferretur totius accusationis telam orditam fuisse ab ijs, qui facinoris notitiam è confessione, quacunque ratione hausissent, in promptu absoluat, immunemque mittat necesse est.

PRINCEPS. Gaudeo nos vnam vinolenti sacerdotis culpam ventilando arguta plurima excusisse, quæ tibi ad alia pergenti, vt video, viam struent molliorem.

CAPVT II.

1 *Prouincialia Concilia condemnant ebrietatem.*
2 *Concilium Tridentinum seuerissimè.*
3 *SS. Patres exagitant.*
4 *Ipsi idololatræ detestantur in suis sacerdotibus.*
5 *Eius fœditas in sacerdotibus nostris præsertim autem Pastoribus longè turpior.*

CANONISTA. Animaduerti Belgicas synodos eò impensiùs huic malo resecando adlaborasse, quò iam latiùs per illius ditionis partes serpebat vniuersas. Mechliniensis vel semel in ebrietate deprehensum ad solidum mensem omni stipendio Ecclesiastico mulctauit, qui si facinus iteraret, statuit vt cum facinore pœna crescceret, ac augeretur. Cameracensis mauult intra monasterij septa coërceri, corporeisque afflictationibus nonnihil macerari. Syluæducensis clementiùs quidem cum suis videtur agere: sacerdotibus enim morum honestatem enixè commendatam cupit, appositeque notat temulentiam vitium esse potissimum, propter quod omni reuerentia, omnique honore proscripto de imi populi fece habeantur: at si quempiam hæc salutaris monitio à scelere cauendo non deter-

De vitæ & honest. Cle. c. 1. & 2.

deterreat, vult pro Episcopi arbitrio, & quod Tridentinum Cõcilium, & quod Mechlienſe, & quod Canones præſcripſerunt in eius caput redundare.

PRINCEPS. Itane verò nõ Lateranenſe modò, at nationes omnes generali quodam odio velut in communem generis humani perniciem ferantur? Quæ medicina ſalubrior efficaciorque afferri potuit, quàm viros Deo ſacros tot imprecationibus, tamque diris fulminibus percuſsiſſe? Verùm quî fit? vt illarum legum vigor atque vis omnis conciderit? impunè paſsim graſſatur ebrietas, nec vllo pœnarum Eccleſiaſticarum timore coërcetur. Sintne illæ forſan per alia Concilia poſtliminio antiquatæ?

CANONISTA. Abſit eſſe antiquatas: quin potiùs Concilium Tridentinum voluit viridi, vt aiunt, obſeruantiæ reſtitui, ſi alicubi obſoleuiſſent. Hæc ipſiſsima verba in ſeſſ. 22. de reform. c. 1. *Statuit S. Synodus, vt quæ aliàs à Summis Pontificibus & à ſacris Conciliis de Clericorum vita, honeſtate, cultu, doctrina, retinenda, ac ſimul de luxu, conuiuationibus, choreis, aleis, luſibus &c. eadem in poſterum iiſdem pœnis vel maioribus arbitrio ordinarij imponendis obſeruentur: nec appellatio executionem hanc, quæ ad morum correctionem pertinet, ſuſpendat.*

Num Episcopi decretis illis ſeruandis inuigilẽt, neſcio: ipſi viderint: iuris quæſtionem moueo nõ facti. Scio tamen nõ deeſſe in hiſce parti-

partibus præsules, qui ne qua pernicies à monstro illo atque prodigio gregi suo comparetur, cauerunt seueriſsimè, ne quis sacerdos non solùm non ipsius popinæ parietes sua temulentia aspergat, sed ne pedem quidem limini auſit inferre. Ecce, viri nobiles, quicquid è Concilijs, quicquid è Canonibus à me collectum, & fidelioris memoriæ penu commendatum fuit. Sed quoniam è sanctis Patribus plurima in decretorum nostrorum volumina transfusa sunt, haud alienum à meo instituto feciſse me arbitrabor, si de eorum fontibus quidpiam in hunc alueum deriuauero.

PRINCEPS. Id excupimus vniuersi: quid enim secundùm sacros & canonicos libros SS. Patrum doctrina neruosius ad persuadendum potest excogitari?

CANONISTA. Eia igitur falcato curru, quadruplicique rotâ ebrietatis colla proteramus: Prima esto Chrysostomus. *Nemo*, inquit, *Diabolo magis amicus, quàm qui delicijs & ebrietate maculatur: hic enim fons & mater atque origo vitiorum. Hac via olim Hebræos in cultum Diabolus idolorum iniecit, hac iniquos amores Sodomitarum inflammauit: hac denique via mille alij traditi gehennæ perière. Quid enim hac fœditas malis non inducit? Sues ex hominibus facit, imò etiam ſuibus multò deteriores.* Altera esto Hieronymus, qui per 14. carnis opera gradiens temulentiam proculcat, tanquam inuisum cœlo, terrisq;

Homil. 58. in Matt.

terriſque monſtrum, tanquam indiuiduam fœdiſsimæ libidinis comitem, tanquam omnis prudentiæ, ſanæque mentis exturbatricem: eandemque à nobis amoliri ſatagens Chriſtus ſic obnixè efflagitat: *Videte ne grauentur corda veſtra crapula & ebrietate.* Tertiam dabit Ambroſius, Eliæque longiſsimo fretus ieiunio, immoderatos potus, quos omni veneno etiam præſentiſsimo nocentiores deputat, peſſundabit. Et alteram dabit S. Auguſtinus *ſermone* 132. vbi longa malorum, quæ vinolentia parit, enumeratione impudentiſsimorum hominum, qui eam leuiore ſolùm macula animam aſpergere dictitant, petulantiam egregiè reprimit, hæcque ſerijs ſacerdotum auribus optat inculcari: *ſed pro iſta ignorantia maximè ſacerdotes in die iudicij reddituri ſunt rationem, ſi conmiſſis ſibi populis, qua vel quanta mala de ebrietate naſcuntur, aſſiduè noluerint prædicare.* En quàm propudiosè infamis illa Bacchi proles obtrita non vecta, exploditur non triũphat. Quæ quoniam abeximio magiſtro ampliorib⁹ ſpatijs deducta fuiſſe vidiſtis, non excurram longiùs, ſolumque addam B. Dionyſium è Carthuſienſi familia virum longè pientiſsimum, qui olim Eccleſiaſticorum mores deprauatos mordaci quidem lixiuio, at ſalutariter aſpergere ſolitus ait: *Ebrietas calix eſt Diaboli, qui poſtquam mentem ac ventrem impleuerit, nullum Ieſu Chriſto locum relinquit: & deinde, ebrietas in*

In c. 5 ad Galat.

De Elia & ieiun. c. 14.

Laic-

Laicorum persona crimen est, in Ecclesiasticorum verò sacrilegium. Exploratum est id antiquos solo rationis instinctu peruidisse, cùm suos illa infami prauitate vel sola notatos mirificè execrarentur. Plutarchus enim in quæstionibus rerum humanarum cùm quæsisset cur viam protensis desuper palmitibus opertam flamini Diali pertransire non liceat, respondit hoc præceptum esse symbolis Pythagoricis affine, quo veteres iudicârunt sacerdoti maximè fugiendam ebrietatem: quippe supra ebriorum caput vinum incumbit, quo turpiter premuntur & affliguntur; decet enim sacerdotes non subesse voluptatibus, sed eas habere compressas. Pudeat mystas nostros tacito documento à Romanis genuinæ fidei expertibus erudiri. Iam non quidem pudet, at pudebit aliquando, *cùm ipsi iudices nostri erunt.*

Nôrunt autem illi omnes, quibus animarum incumbit cura sè immanioris sceleris teneri vinculo, quoties vino sè conficiunt, cùm eos omni hora siue interdiu, siue noctu alacres & expeditos ad populo necessaria salutis subsidia ministranda esse oporteat. Nemo est qui ambigat omni penè momento huiusmodi occasionē posse occurrere: huic sacrosancta Baptismi, illi Exomologeseos, alteri Eucharistiæ mysteria erunt conferenda: vnus Pastor tanto muneri destinatus quæritur:

turbat, dixi vino confectus est, sibique rem illam sacram, pro eo ac debet, peragendi ademit facultatem, intereaque subditorum salus in discrimen venit: ô errorem nefandum, tanto in animæ negotio à religione sui officij fœdissimè declinare! si profectò id temporis vel infantem salutari fonte minimè ablutum, vel facinorosum aliquem debita confessione non expiatum mors abripiat, ipse quasi alieni periculi succidaneus istorum animorum damna præstet necesse est. Sed faciamus rationis mentisque non esse omninò impotem, esto: sæpenumerò tamen euenit, vt consopitis, ac vino nonnihil debilitatis sensibus vel desit attentio ad opus necessaria vel truncando verba, ac voces, vt aiunt, essentiales prætermittendo, vel materiam non vt decet applicando adhibendoque sacramenti integritas vacillet claudicetque plurimùm.

Quicunque ergo, huiusmodi per nefarias suas libidines adit periculum, præterquam quod sacra diuinæ gratiæ instrumenta profana faciat, suarum ouium salutem, extremaque bona stygij lupi faucibus credit impijssimè. Legis Mosaicæ sacerdotibus dum sanctiora templi negotia obirent, nefas erat non modò græcari, sed ne popinas aut cyathos à limine salutare. Exod. 10.

Quis verò nescius est nostros & muneris digni-

dignitate, & rerum tractandarum præstantia priscos illos sacerdotes antestare: equidem nō maius autumo inter Angelos & homines, inter legem gratiæ & illam seruilem timore plenam, quā inter eos discrimen intercedere. Nostri tamen non solum non modico vino vtuntur tanquam medicina, vti olim Paulus Timotheo discipulo ad lapsum stomachum releuādum concessit, verùm ita illud affluēter hauriunt, ta se ingurgitant, vt & præclarū Dei donum ac lumen rationem offuscent, & ad præstandum munus, à quo subditorum salus æterna pendet, ineptos stipiteq; absurdiores sese reddere non vereantur.

Quid? prisci illi ad res sacras à profanis secernendas (si in nudo illo & exteriore legis cultu quidpiam adeo sacrum possit inueniri) prorsus fuerint abstemij? Et nostri nonnisi meracissimo sese reficient conficientque: quorum tamen ita interest res pudicas à pollutis dijudicare, veramque impuritatem procul ab anima amoliri? quorum, inquam, interest puram putamque sanctitatem elargiri, & suorum mentes omnibus gratiæ ornamentis eatenus afficere, quatenus Angelicā munditiem æmulentur. Quid? illi grauem mulctam quin & mortem subeant, quod tantillum vini deguſtârint, & hi cum se omnino inebriârint, impunè per compita & plateas volitent? opimis beneficijs ac dotibus fruantur? egenorum subsidijs, & propè sanguine trium-

triumphent? ô tempora, ô mores! quò pristinus ille feruor ac zelus concidit? sed viuant, nil mororr: nec enim amplius ferreæ Mosis ferulæ, at suaui IESV CHRISTI iugo subiacemus: nonne tamen rationi consentaneũ est Conciliorũ Generalium tum præsertim Tridentini sanctiones, quas pridem Belgæ sunt amplexati, studiosiùs, quàm passim videmus seruari?

Ecce, viri nobiles, florem omnium nostrorum canonum ac robur, quod contra ebriosorum eiectam ac debilitatam manum possum educere. Hæc non dubito, quasi per transennam prætereuntes strictim aspexistis: sed date modo veniam, si macras adeò ieiunasque dapes tam splendido conseßui apposuerim; spero, cum sese quidpiam fertilius, meæq; facultati congruentius offeret, me tum magis auribus vestris beneuolentiæque velificaturum.

PRINCEPS. Tantum abest, vir doctissime, ne quidpiam humile ac demissum de tuæ facultatis rationibus sensserimus: quin potiùs rem ab eximio Magistro inchoatã plurimùm prosecutus, effeceris, vt tanti criminis odium altiùs in nostris mentibus radices ageret, dum illud ex tot tamq; diuersis suppliciorũ generibus, quibus necesse est coërceri, perpẽdimus non solum Deo, sed etiam hominibus esse detestabile, & execrandum.

CAPVT III.

Cur hæc interrumpantur colloquia?

CVm iam Doctor finem dicendi feciſſet, multa adhuc ſuperabat dies, ideoque vitum principi coronam vniuerſam ad quempiam meri calicem ſumendum inuitare: non enim, aiebat, bibendi modus exceditur, dum pro neceſsitatis, ſitiſque ratione potum metimur. Euocat igitur conuiuatorem, eumque iubet in promptu breue aliquod antecœnium adornare.

Interea in hortum longè amœniſsimum cunctos deducit, in quo Xyſti ad amuſsim facti, alij thinno, alij myrto, alij gracilioribus ceraſis claudebantur. Areolæ mille florum genera exhibentes velut in concinno tapetio mirabili colorum varietate oculos, gratiſsima ſuaueolētia nares prolectabāt. Quicquid Oriens, quicquid Occidens exquiſitorum, ſingulariumque florum progignit in illas commigraſſe iudicaſſes. Viſebantur hinc inde ſuffugia 10. pedum intercapedine diſsita, arboreo & bene frondoſo fornice ſolis imbriſque iniurias arcentia. Inibi vmbrâ amœniſsimâ refrigerari dabatur: inibi etiam

Verſicolore auium penna per inane petulcum
Vidiſſes variis agmen ire choris.
Ludicra mille meunt certamina, quaq; volatu
Victa fuit, palmam voce precatur auis.

Huc

Huc Princeps ipso diluculo appetente solitus descendere canoris luscinarum modulis benevolam præbebat aurem, narrabatque illas animosa vocis concertatione choros musicos ita scitè æmulari, vt nec vlla phtongus, nec vllum symphoniæ esset genus, quod non genuinè efferrent: iucundissimum verò postquam pæana suum sensim longaque cantus intentione protraxerint minuritionem citantes audire, atque etiam modulationem illam tantâ crebritate ac solertia modulorum agitare,

Vt stupeat, arguta fides Amphionis, odas,
Tamq; cita Oeagrius prælia ferre neget.

Quin etiam huiusmodi auicularum harmonia, præsentiorem sibi Dei memoriam, maiores pietatis igniculos, ardentiusq; cælestia gaudia capessendi desiderium in mente excitari, quàm si tibias modulatissimè aut fidiculas numerosissimè sonantes percepisset.

Supra cetera verò oculos ad se rapuit labyrinthus tot flexuosis anfractibus, tot diuerticulis lumina, pedesque fallens, vt nemo se ab inextricabili viarum errore, ni Ariadnes filo cœca restigia regendo, posset expedire. Sepiebatur vndequaq; rosmarinis affabrè in semi-boues viros, in cornuta cete, in aligeros equos, in aquilas, centumque similes formas ingenioso forfice elaboratis.

Hic totos dies volupe fuisset immorari, sed extemporalis mensæ apparatus ad aulam superiorem vocat: nec pœnituit visu amœna deseruisse quo amœniora cernerentur: Ex ea siquidem pulcherrimus dabatur prospectus tum amplissimarũ ciuitatum, tum maris, tũ saltuum: dabatur naues portum appellentes intueri, & prope è velis numerare. Ex alijs fenestris oculos disijcientibus obuersabatur rerum pulcherrimarum varietas mirabilis; in monte arduo quercus annosæ maximè seque abietibus rectitudine & altitudine exæquantes: pedem eius flumen alluebat, cuius arenulæ auro obryzo micantiores, lapilli cum pyropis certare poterant, vnda ipsa argento candidior, ripa lilijs consita: inde se porrigebant valles viridicatæ, prata alia herbosissima, alia flosculis variegata, nec non fluuiolis limpidissimis quasi totidem Mæandris distincta, alia iam flauescentia falci imminebant. Mirificè omnes iucundissimo illo conspectu fuêre delectati, itaque oculis animisque distrahebantur, vt antecænium in cœnam ijsset, ni princeps à mentis pabulo ad corporis eos auocasset. Cœpit ergo quisque in fructus exquisitissimos, quibus mensa affatim instructa erat, cultrum infigere: dein vno aut altero cyatho refecti ad principèm aulam descendere: Vbi Iurisconsultus blandè inuitatus est, vt pariter symbolum suum in hoc conuiuium animorum con-

conferret, efferretque legis ciuilis districtum in ebrietatem gladium.

IVRISCONSVLTVS

CAPVT I.

1 *Vti legibus in ebrios animaduertatur.*
2 *Quæ pœna statuta decoctoribus.*
3 *Res familiaris curanda.*
4 *Eam qui dissipant aut negligunt infames.*

MIrari satis nequeo, viri nobiles, cùm per hoc vnum vitium pax & reip. tranquillitas maiorem in modum agitetur ac turbetur, leges nostras non solùm non gladium distringere, ac punire ebriositatis crimen, sed ne quidem acu pungere, ni forsan homicidij, adulterij, iniuriarum, dissipationis bonorum, aut similium scelerum communione adaugeatur: tumq; etiam Iurisperitorum nonnulli haud ita seuerè censent, vti in ceteros sontes iustitiæ mucronem exacuendum esse se tuenter lege *Omne delictum per vin. ff. de re militari.* vbi is, qui militiæ decreta ebrius violârit solummodo exauctoratur: eamq; legis esse mentem, vt, quandoquidem ea scelera à rationis impete committantur vo-

luntaria minimè iudicentur. Sed meo quidem iudicio distinctione hac in re opus est: nam si aliàs ei temulentia tale facinus pepererit, quomodo non sit voluntarium in causa ac origine sua, vti hesterna die eximius Magister clarissimè edisseruit? si voluntarium; ad quid legum rigor eo casu lenteſcat? Potest verò facinus illud esse ipsi infrequens, iamque primum nasci, cedo tum leuius de communi iure habendum esse: de communi iure, inquam, nam Carolus V. Cæsar ad amputandam homicidiorum, quæ pestifera illa vitis propagabat, multitudinem, simulque ad nimiam potus licentiam refrænandam anno 1531. sanctissimo diplomate cauit, ne huiusmodi homicidæ iudicum benignitate vsi impunè discederent: sed primò ebrietatem suam luerent, dein homicidium. O sapientissimam monarchæ sapientissimi constitutionem! eam profectò magnus ille Pittacus Mitilenensis inter 7. Græciæ Sapientes celeberrimus, si ab inferis excitaretur, vti suam reciperet, & hisce temporibus maximè cõsentaneam iudicaret.

Arist. l. 9. Mor. c. 5. & Laërtius in vita eiusdē.

Non etiam mihi dissentire videtur à Iurisprudentiæ dogmatis, quæ censent in eum, qui consulto sese inebriaret, vel ad turbandã vicinam, vel ad virgini vim adferendam spe ductus impunitatis, aut leuioris pœnę subeundæ, totam legis acerbitatem contorquendam esse, non minùs quàm in eum,

qui

qui ex affectata ignorantia deliquisset, in quem omnium iudicio lege agendum. Quod porro discrimen inter eum, qui sese consultò inebriat, vt quid mali patret, & illum qui sese inebriat, iam pridem expertus sese dum ebrius est in illud idem prolabi? Nonne vtriusque est voluntarium crimen? nonne ambo isti eadem rate nauigant? quidni igitur etiam eodē pœnarum naufragio inuoluantur? & quidem quisque pro facinoris grauitate plectatur; vt homicida & adulter morte *c. ad l. Iul. de adult. l. quamuis* 30. stuprū virginumque raptus etiam morte. *l. vnica c. de rap. vir. & in l. si quis non c. de Epist. & Cler.* Qui alterius existimationem verbis cōtumeliosis violârit, aut damnum aliud intulerit, in promptu resarciat. Deniq; Iulij; Clarij sententia est, quam vti rationibus nostris valdè congruam lubens amplector, nullā dandam veniam facinori quod à temulentis proficiscitur, sed potiùs inusitatis pœnis esse afficiendū. Cur enim leges in eorum maximis sceleribus potiùs conniuerent, quàm in Christophori de Pruuis & Ludouici Papiensis minoribus, quorum alter blasphemiæ insimulatus 5. Septembris 1556. Luxatoriā deiectionē vnam, alter 12 Augusti eiusdē criminis cōuictus geminā subijt; quamquam vterq; vino sopitus fuisset.

PRINCEPS. Vtinam illi omnes, quos Europa nostra ad tribunalia euexit hasce tuas rationes longè æquissimas

auribus & animis exciperent. Quid opponerent quæso? an legum rigorem mitigandum? scilicet sua mansuetudine atque indulgentia ciuium suorum licentiam alere & corroborare non verentur: eos licentissimè & fortunas & patrimonia in popinis sinunt profundere, vnde familias integerrimas labefactari, & funditus concidere videmus. Quid? legesne in tantis damnis ac ruinis conticescant?

IVRISCONSVLTVS. Quamuis (quod ingenuè fateor) leges nostræ hac etiam in parte claudicent, vel potiùs langueant: antiqui tamen Græciæ Legislatores, & complures Latini Cæsares supplicijs de huiusmodi nefario grege sumptis verè testati sunt quantopere ebriosos simulque prodigos detestarentur. Nunquid Tyberius Imperator, in pauperum leuanda inopia alioquin accuratissimus, per comessationes & intemperiem fortunis spoliatos etiã senatorio munere spoliauit? Non Mario Nepoti, non Varroni, non Vbidio pepercit. Nunquam persuaderi se passus est, vt Caij Caium Galbam Sergij Cæsaris fratrem proconsulis dignitate indueret atque exornaret, quod se patrimonio prodigè viuendo exuisset. Non etiam dubitauit Adrianus Cæsar (cuius decreta apud nostros maximè celeberrima) senatores ipsos, qui hoc pacto fortunis suis exciderant, in mediam amphitheatri aream producere, ludibrio omnium sanniscque exponere, & ea ratione, quã

Suet. Tyb. cap. 42.

quâ Christiani, qui polygamiæ vitio notabantur, exsibilatos ab officio deturbare, dicebanturque tales *catamidiari* seu illudi. An non iure merito decoctores illi, quod sua culpa ita miserè quasi ad restim peruenirent, ab Imperatoribus castigabantur? Nam (vt optimè Romanus Orator l. 2. Officiorum) *rei familiari cura, moduſq; adhibendus eſt, eamq; largitionibus diſperdere graue crimen eſt*: & quamuis (vti etiam Plutarchus in collatione Aristidis & M. Catonis) paupertas nudè sumpta nec mala sit, nec indecora: tum tamen talis est, dum vel è socordia, vel è vita profligatiore, vel è comessationibus ac largitionibus veluti posthuma proles enascitur. Atque vt ad Ciceronem redeamus l. 3. Officiorum Hecatonem quēdam Rhodium introducit probantem sapientis esse rem domesticam sedulò ampliare: *neque enim*, ait, *ſolùm diuites eſſe nobis volumus, ſed liberis, propinquis, amicis, maximeq; Reip. ſingulorum enim facultates & copiæ ſunt diuitiæ ciuitatis.* Hinc forsan leges nostrę colligunt tanti Reip. interesse, si ciues fuerint opulenti: & olim patribusfamilias suas opes profligâsse, vel in res futiles insumpsisse magno probro vertebatur: ideoque appositè idem eloquentiæ parens in oratione pro Sestio vti infame crimen cuidam exprobrat, quòd patrimonium suum abligurijsset. *Aelius Spartianus.* §. 1. *in Authent. vt indic.*

Si verò altiora antiquitatis latibula scrutemur, omnibus ignominiæ notis huiusmodi

habet. in vita Democ.

decoctores insignitos fuisse comperiemus. Abeeritæ inprimis tanquam patrio sepulchro indignos in peregrinas oras ablegabant. Areopagitæ ad tribunal Athenienſe grauiſsimum euocantes publico nomine, ſed infami ἀοώτου, nuncupabant, quod Budæus latinè reddit, patrimoniorum profligatores. Quid referam Solonis, aliaſque Græciæ leges, quibus cautum eſt, vt ipſi omnibus nobilitatis insignibus exuti vitam ingloriam & inhonoratam ducerent, ad oratorium munus nunquam adhiberentur, atque etiam ab omni honeſtorum virorum contubernio excluderentur. Siquidem adeo ſanctum exiſtimarunt antiqui rem patrimonij integram illibatamque ſeruare, vt ſcripſerit Ariſtoteles Locrienſium legibus ſancitum fuiſſe, ne quis illud abalienaret, ni manifeſtò ſe fortunâ non culpâ calamitoſum euaſiſſe commonſtraret. Similium legum infinitus eſt numerus, quibus recitandis ſuperſedeo: non tamen prætermittendum Gloſſam cenſere eos, qui per largitiones, ludos, potitationes, res ſuas omnes profligârint, non dignos eſſe, qui beneficam & fautricem proximi manum experiantur, nec qui *ceſsionis* beneficio fruantur, nec qui denique ad teſtimonium dicendum admittantur: cum tamen quiuis alius caſu ad inopiam prolapſus minimè ſoleat reijci: ſcilicet præterquam

Athenæus L. 4.

Æſchines contra Timarchum.

L. 2. Polit. c. 6.

Cap. quæ Eccleſiarū.

Baldus c. qui bo. ced. poſſ. l. 4. 1.

terquam quod cum facultatibus suis bonum nomen prodegerit, propter incredibilem magnitudinem sceleris minorem auribus iudicum fidem eius faceret oratio, & quum sibi iniquus fuerit, creditur etiam aliis futurus.

PRINCEPS. Dum ita bene moratas, beneque constitutas Ethnicorum respublicas video, lachrymas moueri mihi, & stomachum sentio commoueri. Ab illisne abfit insolentissima illa potandi bacchandique licentia, ab illisne rem suam dilapidantes exterminentur: & in nostris ijdem, quæ mente scelerata ac nefaria concupierunt, se sperent adepturos. Sed ne longius me dolor abripiat, videamus, vir doctissime, num etiam in fœminas suos riuulos profua diffundat ebrietas.

CAPVT II.

1 *Mulieres etiam merobibulæ*
2 *Hippocratis ætate nec articulari morbo, nec fluxu capillorum fœminæ laborant. quare*
3 *Insignior nefœminæ quàm viro huius vitij turpitudo,*
4 *Interdictum mulieribus vinum.*
5 *Quam ob causam.*

IVRISCONSVL. Nõ solùm riuulos, Princeps optime, sed pleno in illas se effundere alueo

ueo & Graiorum & Latinorũ hiſtoriæ haud obſcurè teſtantur. Luculenta præſertim ab Euripide, Ariſtophane, Plauto omnibuſque
L.10. e.72. Poëtis peti poſſunt teſtimonia, ſi cenſuerit Plinius ſerpẽtem eſſe vini appetentiſsimum, non minùs Iuuenalis fœminam

——*Tanquam alta in dolia longus*
Deciderit ſerpens bibit & vomit.

Verùm ne quæſo prætereamus Plautinam illam, quæ has voces mentis ad ſummam cupiditatem propenſiſsimæ indices profudit: *Flos veterũ vini meis naribus obiectus eſt, eius amor cupidam me huc per tenebras prolicit, vbi, vbi eſt: propè me eſt: euax habeo: ſalue anime mi, liberi, nepos, & veteris vetuſti cupida ſum: nam omnium odor vnguentorum præ tuo nauſea eſt. Tu ſtacte, tu cinnamomum, tu roſa, tu crocum, tu caßia es, tu petalium: nam vbi tu profuſus, ibi ego me peruelim ſepultam.* Quis vnquam à viro talia exaudiuit? quis virum ita vidit in amorem vini exardeſcere, vt & cor, & animum ſuum vociferaret?

Verum quidem eſt Hypocratis tẽpeſtate, quæ ſcriptorũ illorũ ætatẽ antecelsit, fœminas ita ſobrias nitidaſque extitiſſe, vt in A-
6.6.c.29. phoriſmis ſuis teſtetur eas nunquam podagræ arſiſſe doloribus, nec capillamento deciduo laboraſſe, niſi forſan menſtruorum fluxionem ſiſtere contingeret: idq; rationi congruum eſſe Galenus ſcribit, cum articularis morbus non ex ſola membrorum debilitate

niſi

niſi etiam magna humorum copia accedat, enaſcitur. Hoc ſcilicet temperantiſsimo Hypocratis æuo tribuamus: nūc verò quotidiano vſu ediſcimus rationum harum fundamenta planè corruiſſe: nam plurimas reperire eſt, quæ per intemperantiam & vinolentiam officioſum illud naturæ leuamentum amiſerunt, & priùs quàm menſtruis afficiantur articulare malum exuberantium humorum redundante profluuio ſibi conſciſcant. Res Senecæ verbis clariùs eluceſcet. *Maximus ille medicorum & huiuſmodi ſcientiæ conditor fœminis nec capillum defluere dicit, nec pedes laborare: atqui & capillis deſtituuntur, & pedibus agra ſunt; non mutata fœmina natura ſed victa eſt.* Et paulò inferius. *Non minùs potant & oleo & vino viros prouocant, atque inuitũ ingeſta viſceribus per os reddunt, & vinum omne vomitu remittunt.* Epiſt. 56. ad Lucil.

Quid ergo mirandum eſt maximum medicorum ac naturæ peritiſſimum in mendacio prehendi vnum tot fœminæ podagricæ caluæq; ſint, quæ beneficium ſexus ſui vitijs perdiderunt. Eiuſmodi forſan intemperantiæ diſpendium B. Paulum mouit, vt ſobrietatem fœminis quàm obnixiſsimè cõmendaret. Epiſt. 1. ad Timoth. c. 2. & epiſt. ad Tit. c. 2.

Sed animaduerti, nobiliſsime Princeps, te non parùm ſciendi cupidum an è vinolentiæ vitio maiora turpitudinis veſtigia viro, quàm fœminæ adhæreſcant. Non equidem

reor

reor rem illam apud Iurisconsultos in disceptationem quæstionemque vocari: quoniam tamen nostra professio cæteras scientias velut auxiliatrices copias accersit sibi, lubens aliunde quod respondeam mutuabor. Prætermissis Ethnicis poëtis, qui dicunt:

Turpe iacens mulier multò madefacta Lyæo.

velim vos oculos animumque appellere ad S. Hieronymi Homiliam 6. in Matthæum, & septimam ad populum Antiochenum, vbi disertè probat muliere temulēta nihil esse fœdius. Quanta emphasi idem inculcet *Homilia 28. in Acta Apostolorum*, explicari nequit, ni ipsam verborum molem, quod longius esset, oculis vestris subijceremus. S. verò Hieronymus *in regula monachorum ad Eustochium virginem c.* 36. dicit ebrietatem in fœmina esse
c.26. immane sacrilegium: solet enim, vt ait Ecclesiasticus, hoc scelus multis alijs sceleribus, & ijs perquam nefarijs cumulari: *Mulier ebriosa ira magna, & contumelia, & turpitudo illius non tegitur.* namque prostituta, profligataque verecundia pudicitiæ custode sinceriſsimâ, quid è tanto naufragio colligi possit, nisi proiecta p roruptaque audacia, nisi mores improbissimi, nisi insolentissima lasciuia? vti
l.2.c.1.pædagogum. à Clemente Alexandrino maiori sententiarum pondere declaratur.

Quod si planius velimus cognoscere quàm

quâ hic sexus cætero qui imbecillis insolenti & insatiabili vinl flagret cupiditate, adeamus quàm plurimas easque optimè constitutas ciuitates, quæ seueriſsimis legibus eius vſum mulieribus interdixerunt. De Romana republica ingens nobis ſcriptorum caterua incurret, ac landabile illud inſtitutum communi ore deprædicabunt imprimis
Dionyſius Halicarnaſſeus l. 2. Polybius l. 2. Marcus Cato in oratione de dote. Cicero, l. de natiuitate Deorum. & l. quinto de republica. Nonius Marcellus verbo Temetum. Valerius Maximus de inſtitutis antiquis. Plutarchus de quæſtione rerum Romanarum c. 6. Arnobius lib. 2. contra Gentiles. Tertullianus in Apologetico c. 6. S. Ambroſius in epiſt. S. Pauli ad Coloſſ. c. 3. Aulus Gellius l. 16. c. 23. Plinius verò l. 14. c. 13. fusè in hanc materiam excurrit narratque Egnatium Mecennium, vxoris capiti fuſtem impegiſſe, eamq; omnino interemiſſe, quòd mero ſe refeciſſet, nec vllas Romulus altiſsimo inuoluens facinus ſilentio pœnas repetijt: è contra verò fœmina quæpiam eminentiſsima, quod ciſtam ſolummodò reſeraſſet, in qua claues cellæ vinariæ aſſeruabantur, mortifera fame luit ſcelus inchoatum. Scribit Sextus Clodius libro. 6. de dijs, Regem Faunium vxorem ſuam virgis propalam cecidiſ-

cecidisse, quia bonos patriæ mores vini plurimum hausillet.

Statuerat Cato vt fœminæ parentibus suis obuiam factis in eorum ore aliquot basia figerent, vt ex fumo constaret quid ageretur in interiore domus. Præ cæteris sanè laudabiles priscæ illę quæ teste Blodo de Roma triumphante, marito in ratione potus, ita moderandi & regendi sui quasi quasdam habenas tradebant, vt scripserit se vidisse conuentionem matrimonialem 300. ante annis initam, quâ sponsus paciscebatur se spôsæ vini sumendi copiã 8. continuis à partu diebus facturum: si verò inualescens ægritudo diuturnioris vini medelam postularet, se rem ad seueriſsimi cuiusque medici arbitrium reuocaturum.

En vt Romani austeris legibus fœminas vinciebant: quippe Romulus conditor ad rigidã huiusmodi sanctionẽ facem prætulerat: quid enim aliud ex illis eius verbis colligas *si vinum biberit domi, vt adulteram puniunto*, quam mulierem illam, quæ alieno thoro, & illam quæ vino se commaculat eodem crimine implicari, cum sit satis exploratum alterum alterius fontem esse ac fomitem. Et ne quis autumet hanc legum seueritatem Romanos fines minimè excessisse, legat Theophrastũ, legat Xenophontem, videbitque eam & Miletum, & Marsiliam, & Lacedæmonem & prope terrarum orbem vniuersum fuisse peruagatam.

Modo

Modo etiam in Hiſpania & Italia non ſine probro ac notabili infamia bacchicus ille liquor in nuptæ innuptæue dextera cerneretur.

PRINCEPS. Quid cauſæ, cur illa conſuetudo fuerit peruagatiſsima, cur tam ſedulo à mollibus Liberi caſtris fæminæ arcerentur?

IVRISCONSVLTVS. In promptu cauſa eſt, vt iſte ſexus eneruis rem eam accuratiſsimè ſeruet,

Qua ſemel amiſſa poſtea nullus erit.

nam mulier illa funditus corruit, cuius pudicitiæ flos concidit. Certum eſt autem vinum tam inimicum eſſe caſtimoniæ, quàm laſciuiæ ſit amicum. Scitè ideo Valerius Maximus: proximus eſt locus à Libero Baccho ad inconceſſam Venerem. Et Silius Italicus L. H. belli Punici ita Venerem affatur:

Ebrietas tibi fida comes.

Ouidius:

Et Venus in vinis, ignis in igne furit.

Et alibi:

Vina parant animos Veneri.

Huiuſmodi documentis pleni Graiorum poëtarum libri, plenæ Latinorum comœdiæ, plena SS. Patrum monumenta. Chryſoſtomus aſſerit mulierem vini cupidam, extructiſq; menſis lubenter adhærentem in laſciuiæ malum planè ceream eſſe & impuro amori *In Matth. c. 1.*

mori flagitiosissimè seruire solitam. Existimat Paulus luxuriam à Christianæ vitæ rationibus abesse non posse, nisi profusa, vini absit licentia : cuius viri sanctissimi iudicium Accursius noster, suis libris inseruit *in l. quæ adulterium in verbo intemperantiæ c. de adulteriis.*

PRINCEPS. Video mirificam tuæ orationis adeo exquisitis omnium scientiarum phaleris exornatæ varietatem nos magnopere omnes affeciſſe: simulque video Iurisperitorum facultatem non minùs ad floridas bonarum litterarum disciplinas, quàm ad grauiores legum ciuilium scientias sese extendere, & persequi omnia, quæ virum perpolitum, omnibusq; numeris absolutum reddãt.

Cùm verò aliquantulum temporis ante cœnam vacuum daretur, petijt princeps quis omnium de exercitatione proroganda esset animus. Volupe nobis erit, respondere omnes, si prorogetur. Nam verè Pontificalem cœnam, & ad animos nostros accommodatissimam huiusmodi sapientissimorum virorum ora suppeditant: nec enim à Politico, qui lautissima nobis apparat, incœnati discedemus.

POLI-

POLITICVS.

CAPVT I.

1 *Pleraque facinora, quæ publicis puniuntur exemplis suscitat ebrietas.*

2 *Remp. ciuibus spoliat.*

3 *Horum tamen opera pernecessaria.*

4 *Quàm solerter Romulus populum conflatum adauxerit.*

NEminem vestrûm fugit, viri amplissimi, iussu arbitrioque Principis multis abhinc annis me ijs, qui Reip. clauum tenent, assidere. Quod in causa est cur liberrimè, quamuis non sine doloris sensu possim dicere maximas quasque tempestates, quæ in hoc iudiciali puniendorum maleficiorum oceano oriri solent, prope omnes ab ebrietate fuisse excitatas. Cûm enim vitata crimina, quæ in iudicium nostrum veniunt, sint communiter illæ iniuriæ, quibus vel pulsatione corpus, vel conuitio aures, vel turpitudine aliqua, vita cuiuspiam violatur vti homicidia, blasphemiæ, adulteria, violentiæ constuprationes: quotusquisque est, qui sobrius eoque sedatiore tranquilliorque animo talia moliatur? solûm, solûm profectò vino incalescentes ad omne facinus suscipiendum compelluntur, laxatisque

cupiditatibus sine consilio, sine prudentia faciunt & effutiunt, quæ sobrij plane erubescerent. Veniat iam vobis in mentem innumerorum homicidiorum, quæ in modicam prouinciam ab ebrietate inuecta esse hisce diebus Eximius Magister asserebat: & si cui piâ eâ de re dubium scrupulusque insederit, date hoc longæuæ ætati meæ longoque rerum vsu perito, , vt illũ vobis tollam: alioquin sapientem auscultate, qui cum dixit: *multos exterminauit vinum*, tacitè magistratuum culpauit negligentiam, quibus si curæ esset, vt rigor vigeret, nó vigor iustitiæ rigeret, simul cum sãguine ab ebrio profuso ebrij homicidæ vita publico supplicio actutum profunderetur. Sed proh dolor! viuunt & viuunt, non ad coércendam, sed ad corroborandam cæterorum audaciam, & cum vnius iudicialis castigatio ducentos à nefarijs cædibus patrandis deterreret, fit vt respublica ijs subditis & alumnis orbetur, quorum præsidio aliàs, ingruente bello aut periculosissima tempestate ab interitu miserrimo posset vindicari. Interea incredibile nobilium virorum, mercatorum, artificum, agricolarum, & eorum omnium qui ad politici status integritatem faciunt, subit dispendium atque in solitudinem redigitur.

Eccles. c. 43. v. 29.

Quis tamen politicæ scientiæ adeò ignarus, cuius ita peregrinantur aures, vt nun-

nunquã peruagato illo omniũ gentiũ sermone fuerit edoctus, eum, qui ritè figere ac fundare reipublicæ statum velit, numeroso populo coaceruando debere operam dare. Hoc ipsum olim Seruius Tullius Romanis veluti oraculum cecinit. *Sit regi in oculis præcipuè frequentia & multitudo ciuium fundamentum omnis potentiæ & diuturni status:* ipse quippè frequentes & copiosas vrbes communiter opulentissimas, & in omni genere artium florentissimas, & (quod cuipiam fortasse paradoxum videbitur) minus seditionibus, bellisque intestinis obnoxias iudicauit. Quod non ita à communi sensu alienum censebit ille, qui nôrit inter diuites & egenos, inter potentes & imbecillos, sapientes & ignaros, bonos & improbos necessariò plurimam mediocrium turbam intercedere, qui aliquid ab vtraque extremarum partium mutuando eas sibi inuicem conciliare, & quodammodo connectere poterunt. Contra in oppidulis minoriq; ciuium frequentia euenit, vbi tumultus seditionumque faces semel accensæ vix extingui compesciuè possunt.

Prouidentissimè igitur Romulus vrbis & Imperij Romani conditor animaduertens hanc subditorum multitudinem regię potentiæ veram esse basin, totus populo suo amplificando studuit. Primò vrbem promiscuè tum bonis, tum nefarijs velut asylum

ac tutissimum perfugium aperuit: dein seruos manumittens ciuica donauit libertate: quin etiam idem priu Legium aduenis, nec aduenis modò, sed & ijs, quos bello fuderat, fugaratq; concessit. Hinc magnopere apud Tacitum Claudius Cæsar sui fundatoris solertiam extollit. *Quid aliud exitio Lacedæmonijs & Atheniensibus fuit, quanquam armis pollerent, nisi quod victos pro alienigenis arcebant? At conditor noster Romulus tantũ sapientia valuit, vt plerosq; populos eodem die hostes, dein ciues haberet.* Nec eum sua fefellit industria. Nam cum positis tenuibus illis ciuitatis primordijs rem bellicam attentãdi esset animus, solummodò mille pedites, equites trecenti prominuere. Sed postea exiguam illam manum ita multiplicato genere nepotibus suis propagauit, vt post 37. quibus regnauit, annos peditum 46. millia, equites mille munerarentur.

Nec minorem posteri maiorum suorum vestigijs insistẽtes ciuium amplificationi nauarunt operam, & tanto cum fœnore fructuque, vt etiam Augustus Cæsar iam sextum Consul generali censu habito Romam quater decies centum sexaginta tribus millibus cumulatam fuerit demiratus: imò numerus iste sub Claudio Cæsare, teste Tacito & alijs grauissimis authoribus ad sexies decies centũ & nongenta sexaginta quatuor millia excreuit: si verò milites eos annumeres, qui ad defensionem eiusdem imperij varijs in partibus

ad

ad præsidiarias stationes destinabantur, Agathias Historicus addit insuper sexcenta 45. millia, queriturq; tamen Iustiniani ætate exercitum Romanum imminutum & ad 154. millia bellatorum esse redactũ. Verùm quàm hodierna die iustior multò querendi lugendiq; ansa nobis relinquitur, dum in vrbibus, pagis, exercitu, tãtam incolarũ, colonorũ, militũ penuriã solitudinemq; perspicimus: non quòd eos incendium absumpserit, aut (sicut Iustiniani tempestate) hostilis lancea, aut pestis aut alia belli iniuria extinxerit: sed (ô lugenda sæcula!) quòd cruenta illa & immanis bellua ebrietas trucidãuerit, mactauerit, deuorârit. Quid piamne luctuosius fingi aut excogitari potest, quàm ciuium nostrorum sanguinem ita prodigè à temulentis profundi ac dispergi: sanguinem inquam illum, qui potius pro Christi nomine tutando, proque eius Ecclesia in bello contra Christiani nominis hostes capitalissimos esset profundendus.

CAPVT II

CAPVT II.

1 *Multis de causis ebrietas pernicioſa reip.*
2 *Adulteria & raptus capite puniuntur.*
3 *Quin in ipſum rapiendi conatum animaduerſum eſt.*
4 *Violentia & crapula reip. fortunas imminuit.*
5 *Decoctores, tranquillitatis publicæ hoſtes.*
6 *B. Virginis cingulum inter flammas illæſum.*

POLITICVS. Non minùs verè quàm audacter dicam à nullo alio facinore quantumuis ſceleſto ac nefario tantam reip. labem ac perniciem, quantam à ſola ebrietate comparari. Quid ita virtutum eius, maſculumque robur eneruat? quid ita arces caſtraque depopulatur? quid ita militaribus copijs attenuatis & imminutis eam hoſtium ſuorum furori ac faucibus obijcit? Et ſanè tolerabiliùs improbos eius conatus reſp. pateretur, ſi tantum vna via ad ſeſe labefactandum procedere ſentiret, ſed per tot crimina, quot morte digna incorruptus cenſet iudex, impudentiſsimè graſſatur.

Pluri-

Plurima iam attuli eaque inter non inferiorem locum obtinebant corruptelæ, adulteria, inceſta flagitia, quæ omnia leges capite plectenda eſſe ſtatuunt, *l. quamuis c. de Adulteriis.* Id quippe valde conſentaneum ratus S. natus Pariſienſis anno 1551. Menſe Maio Canponium quendam famulum, quod vini laſciuiæque plenus heram in ſtuprum illexiſſet infauſtæ cruci ſtrangulandum addixit. Verum quidem eſt compluribus in regnis ac prouincijs pœnam illam in mulctam pecuniariam tranſijſſe imò nonnullis in partibus hæc blandimenta, ſic iudicia integerrima conſtuprarunt, vtiam ſopita legum virtus omnino conniueat. Ideoque Iuriſconſultorum lumen illud clariſsimum Iulius Clarius *L.h. ſententiarū § adulter* prope ſanguineis lacrymis deplorandum cenſet ita zelum ac feruorem iudicum elanguiſſe: nec niſi maximo ſcelere aſtringi eos, qui, cum poſsint, immaniſsimæ huic belluæ ſeueriſsimarum legum obicem minimè opponant. Et meo quidem iudicio, ait, niſi tempori, enaſcens iſtud malum reſecetur, video ad reip. perniciem manaturum ſempiternam. Secundum adulteros, fœminarum, virginumque raptus capite damnamus. Quoties ego vidi ſecurim eiuſmodi reorum ceruicibus infligi, & quidem nuperrimè cuiuſdam adoleſcentis tum naturæ, tum ingenij dotibus ornatiſsimi, quem tamen nec mo-

rum elegantia, nec grauissimorum virorum authoritas à morte subeunda potuit vindicare: sic etenim iusserat Princeps sat gnarus à Iustiniano Cęsare hoc supplicij genus decerni: vtinam etiam nôrint molliculi iudices, & flaccescentes iustitiæ rationes redintegrent. Nec propterea rigidioris disciplinæ magistri audient: cum crimen hoc adeo nefarium atroxque semper fuerit æstimatum, vt solus rapiendi conatus nullo alio facinore insecuto morte expiaretur, quod patet *Lege si quis non dicam rapere c. de Epis. & Cleric.*

PRINCEPS. Miror magnopere puellæ pudicitiam solummodò attentantem adeo rigidæ sententiæ acerbitati subiacere: id namq; est prauam cupiditatem, maleque faciendi voluntatem punire: cum tamen lex nulla in mentis nostræ latebras ac recessus possit animaduertere.

POLITICVS. Non equidem tuæ sententiæ, magne Princeps, nec simul Catonis velim refragari, qui scripsit voluntates nec pœnis, nec legibus fieri obnoxias. Verũ hoc in facinore actus interior exterioris naturam quodãmodò sortitur, dum reus tot insidias, tot machinationes, tot prævios insultus ad nefariam cupiditatem explendam molitur, vt meritò lex ciuilis grauiorum supplicíorum acerbitates possit amplecti. Nec inusitatum est susceptos ad summa scelera patranda conatus morte plectere: eò inclinant Doctorum

mentes

mentes atque sententiæ *in cap. primum de hom. in & in 6. legem Quisquis c. 6. ad legem Iuliã.* Hac eadem ratione Ausonius orator pro Milone Clodij famulum perstringit, quòd ad necem Pompeio inferendam sica instructus in templo Castoris visus esset. *Nisi quia*, inquit, *res perfecta non est, punienda non fuit, quasi exitus rerum non hominum consilia legibus vindicentur: minùs dolendi sunt re non perfecta, sed tamen puniendi certè nihilominus.* Et ne quis putet summa inter atrociaque facinora solùm homicidium mercenarium, læsæ maiestatis crimen, sodomiam, proditionemque annumerari; testatur Didacus Couarruuias 2. *p. relectionis de homicid.* & complures alij hoc remoueri non oportere.

Credo iam satis innotescere vobis, quàm ingentia damna ab illa immani tigride in remp. inferantur: tigridem iure ac crudelem lænam vocem, quæ se ita sanguine humano pascit, & insaturabiliter pascit. At dicet aliquis non ita vulgaria, nec quotidiana hæc esse mala saltẽ quod dicturus sum quotidianum est, nec obscurè serpens, sed palã omnes reip. partes magno ipsius dispendio peruagatur.

Si mihi forsan asserenti, per temulentię vitiũ ciuitates egenis ac miseris ciuibus passim abundare, fidem plurimi non sint habituri, Spiritum Sanct. ipsissimæ veritatis nuntium velim inaudiant dicentem: *Operarius ebriosus non locupletabitur.* Atque hinc factum, vt.

sacrum

Eccles. 5. 19. vers. 1. Thiroſch. Iaraſch.

ſacrum Hebræorum idioma quod vocibus ſuis rei naturam geniumque apprimè repræſentat, ebrietatem vocet תירוש à primigenio ברש 1. depauperare, quod ſcilicet hominem fortunis exuere, vitæ bene degendæ cõmoda ſurripere, ſanguinẽ è venis exugere, & prope medullã ex oſsibus exprimere conſueſcat. Nonne cõſpicimus nõ ſine magno animi ſenſu familias ampliſsimas tanquã immanes fluctus ab illo ſaxo fractas concidere? patreſfamilias paruo tẽpore paucis horis abligurire, quod per dierũ decadẽ plurimo ſudore, cõparárũt, vnico epulo deuorare, quod ſibi ſuæq; familiæ non per vnicã hebdomadẽ nutricandę abũde ſufficeret? itaq; hoc malũ in animis eorum inualeſcit, vt in poſterum nihil niſi laborẽ fugere, otiũ amplecti, popinas terere, facultates dilapidare, omnẽ ſupellectilem ad potandum oppignerare nouerint.

Certè ab huiuſmodi decoctoribus & neſarijs quod non reip. periculum ac diſcrimen immineat cogitare, & audite quid de ijs cenſeat ſcriptor quiſpiã æuo noſtro clariſsimus. *Quot ſunt inopes in rep. (intellige de iis qui ſua miſerè decoxerunt) tot hoſtes habeat princeps neceſſe eſt præſertim ſublata emergendi ſpe.* Nam præterquam quod principi ſubuenire expenſas aliquas in militum ſtipendia faciendo nequeant, ſolùm ad ſeditionem in ciuitatibus concitandã prompti ſunt ac idonei: vel ſi iam fuerit concitata, primi omnium ſeſe ad ſeditioſo-

tiosorum partes aggregant: quippe cùm omnibus facultatibus nudi & vacui sint, extraq; iacturam omnem, nihil magis in votis habent, quàm rerum, & statuum immutationes quàm occasionē aliquam è calamitatum suarum cœno emergēdi sciemus etenim quot egestas ad malorū lliadem compulerit: sciebat etiam ille qui dixit: *Homini potentiam quærenti egentissimus quisq; opportunissimus est, cui neque sua curæ: quippe quæ nulla sunt, & omnia cum pretio honesta videntur supos scimus fame cogente irruisse in oppida; perdere, aut perire necessitate obstinatos, quod aliis contingat animantibus, hominibus multo magis.* Quemadmodum Philosophi nimiam quorundam ciuium opulentiam, ita nimiam egestatem plurimum reip. incommodare asserunt. Opulenti namque sua potentia opibusque multas corruptelas ingenerant, & cum sit difficillimum blandiente nummo refrænatas habere cupiditates fieri videmus insolentissimos: egeni verò meliorem semper Fauonium anhelantes proni sunt ad turbas commouendas.

PRINCEPS. Sentio ibi lumen affulgere, vbi prius nobis tenebræ offundebātur. Quantos hostes resp. in sinu foueat, dum ebriosos illos decoctores alit, quis crediderit?

POLITICVS. Pullulat aliud ex hac Hydra malum, maiorque iactura: non enim temulento satis est re sua familiari, suoq; patrimonio esse

nio esse naufragum, ni etiam communes facultates, bonaq; reip. eodē inuolāt naufragio. Quoties euēnit vt plerique mente sensibusq; vino consopitis & aberrantibus per imprudentiam fortuita incendia in templis, sacrarijs, cœnobijs, atq; adeo tota in ciuitate conflārint. Quod quàm execrandum sit cogitate, cogitate, inquam, præposteram illam vini libidinem, quæ paucis horis complurium annorum industriam disturbat, & consumit, piorum virorum eleēmosynas, donaq; munificentissima exhaurit, templorum culmina euertit, cœlitum extinguit monumenta, quæ denique rei quæstoriæ summam ad ædificia reparanda destinatā improbissimè helluatur.

Non possum quin tantæ impietatis testificationem aliquam infelicissimi nempe casus nuncium paucis ab hinc annis ad me ex Francia perlatum vobis referam, eoque magis ad non prætermittendum moueor, quò beatissimę Matris honor insigni tum miraculo accreuerit. Quintini Britaniæ oppido atq; in ipso Canonicorum pereelebri collegio res gesta. Contigit Aedituum, cui in sacrario quotidianum cubile, ita quondam vino ebrietatique indormisse, vt inextinctum neglectumq; lumen primò lecticam, dein culcitram stramentitiam post hominem vniuersum inflammārit, atq; ad cineres paucos redegerit. Inde latius manans incendium omnem templi supellectilē penitus absumpsit. Inerat sacrario, sacer-

ſacerdotis aræq; veſtis plurima ex auro argentoque acu diuite contexta nec non gemmis & margaritis luculenter inſignis: inerant ſimulacra argentea præclaro opere, calices ex puro putoq; auro, cruces, lychunchi penſiles, lipſana argentea arte eximia elaborata, eaq; omnia opêre non contemnendo, quæ nihilominus barbarus ille contemnens ignis miſerimè liquefecit. Eò quippe Comites Laualenſes, Quintinenſeſque Domini omnia ſua vota Gazaramque omnem contulerant. Et ecce prô dolor! vnius comeſſatoris intemperans libido momento vnico diſperdidit, quod illuſtriſsimæ, & pientiſsimæ familiæ religio annis compluribus magna ſollicitudine conquiſierat, & diuino cultui liberaliſsimè conſecrârat.

Enimuerò DEVS Opt. Max. (qui è calamitoſiſsimo quoque naufragio aliquam benignitatis tabulam ſolet colligere) effecit, vt beatiſsimæ virginis cingulum ab ijſdem Comitibus Hieroſolymis delatum, denſiſſimos inter cineres illæſum, illibatumque reperiretur: ſolùm aliquot maculæ quodammodo miraculi iudices extremitatibus inuſtę remãſerant, eæque ruſſæ, nec ijs abſimiles, quas lintea igni propius admota contrahunt. Res ſanè mira, ſed portento alio cumulata, quod ignis circulum ſacri pignoris cuſtodẽ, eamque laminis obductam ferreis, ſimulque inuolucrum Attalico opere ſplendidum penitus exede-

exederit: solùm verò à tanto diuinæ Matris monumento abhorruisse videatur. Sæuijt hęc deflagratio sæculo 16. ineunte 5. Idus Ian. sabbathina luce imminēte. Dies autem martis insecuta portentosū dedit cingulum, atq; religiosissimam supplicationem, quam excepit Hymnus *Te Deum* mistis gaudio lacrymis decantatus. Ibidem. Modo asseruatur byssо cærulea interstincta inuolutum, quæ sanè tum clari Lipsani dignitati minimè respondet; cum tamen ægri, tum præsertim parturientes opem medelamq; non infrequenter inde hauriant. Ego ipse renibus applicui, cum eò me religionis ergo contulissem. Est autem palmos omnino duos longum è lino cādido, minutis sed imparibus maculis reticulatum.

PRINCEPS. O insigne & prorsus inusitatum miraculum! memini deflagrationis alterius non multum absimilis, nec minus portentosę quam à familiari meo Bizontino homine accepi: sed quia non ex ebrietate fluxit, illius iam narratione supersedebo, meliora tempora & occasionem aucupaturus. Intera, vir doctissime, aliud telum exere, quod in ebriosos contorqueas, scimus enim tuam nondum exhaustam pharetram.

CAPVT

CAPVT III.

1 *Administratoribus Reip. fœda maximè & damnosa ingluuies.*
2 *Vini potus illis olim interdictus.*
3 *Ebrietas teste Salomone animi sensus aperit.*
4 *Inde grauissima mala.*

POLITICVS. Ita planè sedit animo, nobilissime Princeps: video enim luem istam non modò imam plebem inficere, at etiam celsioris subsellij homines, & publicorum negotiorum administros, qui sapientissimorum simul & sanctissimorum virorum iudicio ad eam prouinciam, quam suscipiunt gerendam, non minùs quàm ad lyram asinus idonei censentur. Ab ijs porro, qui ab ebrietate cœcorum duce & magistra se sinunt irretiri, quæ potest deliberatio, quæ sententia, quod consilium sanum proficisci? Rectè à Chrysostomo & Platone obseruatum est retũdere ingluuiem ingenij aciem intellectum excœcare; omnemque prudentiam & perspicacitatẽ exterminare, quare ea nihil esse perniciosius maioriq; infamia obnoxiũ, & cum homini priuato mala ista non sine insigni turpitudinis nota possint adhærere, quanta, si in eo insint, qui ad Reip. clauum sedet, fœditas apparebit? Leotychidas à Lacedæmonienſibus quondam rogatus, cur *Hom. 44 in Ioan.*

Spartiatę plus æquo abstemij esse viderentur: *ne forsan*, inquit, *alij de nobis deliberent*: quo responso apprimè sapientis satis liquet consilium ac deliberationem homini Remp. administranti tantopere necessariam nimijs poculis minui & paulatim extingui. Videmus, ait Plato l. 3. de Rep. rectorem quemcunq; ebriũ omnia euertere ac permiscere, vt ratem, si fuerit nauarchus, si auriga, currũ, si ductor, exercitum: Et quod à decori rationibus planè alienum est, qui alijs præficitur, vt regat, ipsemet actionibus suis conformandis duce, ac moderatore indiget quotidiano.

Hanc ob rem multę eæque barbaræ nationes à magistratuum ædibus & mensis calidos istos latices penitus remouerunt: & quidem Solon primarium Græcæ sapientiæ lumen voluit principem sese inebriantem, ne potentiore exemplo Reip. officeret, è medio tolli: ideoq; Aegyptiorum legibus modica vini portio præscribebatur regi quã vel tãtillum excedere nefas erat, licet Persarum leges monarchę semel in anno, idq; solis festo ac solenni die sese vino etiam obruendi facerent potestatem. Qua deprædicatione magnum vrbis conditorẽ Romulũ efferemus? hic nullis legibus nulloue pœnarum metu coërcitus, cum epulo percelebri accubaret, vbi alij effusissimè comessabantur, vix ad labra paruulo cyatho proluenda potuit adduci: addebat enim postero die de rebus maximi momenti ad se-

Athen. l. 10. & Eustachius Odyss. c. 5.

ad senatum esse referendum. Et Iulius Cæsar virtutũ conditoris sui minimè degener à Liberi delicijs abstinuisse etiam Catonis hostis eius infestissimi testimonio cõprobatur. Pari temperantiæ loco meritò Epaminondã reposuero, qui merò somnoq; sepultis ciuibus vrbem Iustrabat, murosq; vigilantissimè circuibat, causatus sibi sobriè viuendum esse, vt ebrijs inuigilaret. Ingentem Christiani magistratus ignominiam, qui sibi præire exemplo Ethnicos suosq; mores ab indoctiore ferulâ redargui non erubescit! Ipsi profectò *surgent in iudicio, & condemnabunt generationẽ istam*; Verùm si documenta hæc quamuis saluberrima ab Ethnicæ gentis scholâ, saltem è Spiritus S. Lycæo haurire non grauetur. *Noli*, inquit in prouerbijs, *Regibus ô Samuel, noli Regibus dare vinum*. Res est quidem cum Salomone, qui verè Samuel, seu cui diuina opitulatur manus: mandatum verò etiã Reges, Principes caterosque rerum publicarum administratores complectitur. Sed ab Hebræis fontibus clarior hic existit sensus: *Non est Regum Samuel, non est Regum bibere vinum, & Principum non sicera*. Non enim sola Spir. S. mens ea esse videtur, vt Salomoni præscribat quemadmodum ipse erga alios sese gerat, sed vt ipsemet etiam per austerioris victus parsimoniã sese exemplar exhibeat cæterorum. Quò verò iussa hæc potiori loco habenda esse, quàm mysteria Eleusina commonstraret, binas causas at-

Sueton. cap. 31. v. 4.

sas attexuit: *Quia nullum est secretum, vbi regnat ebrietas*: ecce primam: *ne forte bibant, & obliuiscantur iudiciorum, & mutent causam filiorum pauperis*: ecce alteram, sed priori inhæreamus.

Quantas semper rebus tum priuatis tum publicis arcani inuiolabilis custodia vtilitates pepererit, melius opinor, ex eius violatione innotescet: si expenderimus quot domi militiæq; suscepta negotia felici fuissent exitu consummata, si ea, quæ prudenti silentio erant obtegenda, leuibus blatterantium linguis in popularem auram minimè deuolassent.

Quondam ciues Romani fastuosum & crudele Neronis imperium, & intolerabile iugum excutere molientes, sicarium suborarunt, qui stato tempore eum ex insidijs adoriretur, ferroque confoderet: & haudquaquam rem perfeciisset, si silentio supprimere potuisset: vt enim reum ad ferarum lanienam destinatum vidit in theatrum descendere, vocemque miserabili deploratissimam calamitatem suam lamentari, non potuit quin hæc ei in aurem insusurraret: Deos propitiare tibi, & comperendinatum exora, te quippe ab hisce angustijs exoluam. Reus istas voces beneuolentiæ Neronianæ conciliatrices futuras ratus, oppidò Neroni creditū sibi consilium manifestat. Quare sicarius dicto citiùs corripitur, virgæ, flagella, faces, equulei in prom-

promptu sunt ad veritatem magna vi extorquendam, quam tamen ita facilè lingua lapsus prodegerat: sicq; proditum arcanum necem misero peperit, effecitque quo minùs Roma à crudelissima tyrannide vindicaretur. Longè in moderando ore sapientior fuit Zeno Philosophus, qui linguæ suę diffisus, ne forsan ad quidpiam retegendum vi tormentorum adegeretur, eam dentibus truncauit, & in ore Tyranni confidentissimè expuit: mallebat scilicet exiguum illud membrum quamuis humanæ vitæ perneceſſarium abore exulare, quàm ingẽtem conciuium suorum multitudinem ex orbe exterminari.

Eam ipsam prudentiæ laudem M. Cato & cæteri, qui Iulij Cæsaris necem meditabantur, assequi contendẽre: nam deliberatione iam constituta rem totam Cicerone, alioquin intimo ac familiarissimo, omnino clam esse voluerunt, quod à linguæ peritiâ, quàm à secretis esset instructior. Mira certè fuit illa animi firmitas, quod cum coniuratorum conscíorumque infinitus esset numerus; tamen visus sit nemo, qui periculosam adeò conspirationem vel minimo signo indicârit. Scimus quasdam nationes ita arcanum fuisse veneratas, vt diuinis etiam honoribus prosequerentur. Romani inprimis Angeronnæ taciturnitatis Deæ, quam digitum labellis apprimentem fingebant, litare non dubitarunt: nec minùs diuinum quidpiam Aegyptij

Plin. l. 3. c. 5. Varo Solin. Macrob.

in silentij simulacro olim coluêre, quòd ab humanis sedibus procul domicilium suum figere videretur. Cato ipse Censoriâ ferulâ nõ in alios solùm, sed etiam in seipsum animaduertere solitus asserebat triũ tantùm criminũ pœnitudinẽ subire mentẽ; quod commissum sibi consilium alteri,& præsertim vxori prodidisset; iter mari, cum terrestre salutarius erat, confeciſſet; diem otiosum omniq́ue egregio facinore vacuum transegisset. Prius ad nostram rem facit, etsi duo posteriora non in postremis habenda sint. Habete verò ab Alexandro Magno insigne documentum. Acceperat ipse à matre Olympiade epistolam paucis verbis non parua negotia complectentem; eam quidem Ephestioni amicissimo quẽ q́ue velut alterum se deperibat, tradidit legendam, sed nonnisi emisso è digitis sigillo, eiusq́ue labris applicito: quo sapienter admodum innuebat, quem in secretarum rerum præsertim curialium communionem venire volumus, debere os quodammodo habere obsignatum, neque magis ei fas esse arcanum eloqui, quàm litteras sigillo munitas referare.

CAPVT

CAPVT IV.

1 *Consilia Reip. non euulganda præsertim fœminis: lepida hac super re narratiuncula.*

2 *Altera sed funesto exitui.*

3 *Concilia in primis bellica tegenda.*

4 *Ebrietas profusè garrula.*

VErùm si ea, quæ inter senatorios parietes habitâ deliberatione decernuntur in popularem auram minimè spargenda sint: maximè verò ne ad fœminarum aures perueniant est cauendum: Vnam vobis è millibus, atque adeo è Romana historiâ Dauliâ cornice linguatiorem sum daturus: fauete linguis. Quondam Romæ conuenerat senatus de re, quam à vulgi sensu cupiebat esse remotissimâ, consilium capturus. Cùm verò similia consueuerint homines curiosius expiscari: non mirum matronam Ausoniam multis cùm lacrymis, multaq; obtestatione maritum sollicitasse: mirum autem est eum post tot muliebria lamẽta, quæ fortissimum quemq; emollijssent, adeo propositi tenacem perstitisse, vt etiam egregio figmento sese ex importunissimæ fœminę tricis expedierit. Ad nos, ait, retulêre augures se alaudam obseruasse, sed galeatam, sed hastatam: propterea mirè animo anxij, quid læui portendat omen, rem auguribus & aruspicib' vt pote viris eo in negotio exercitatissimis reliquimus discutiendã. hęc

sunt, quæ te intra mentis sinus vita ipsa accuratius seruare docet. Vix è limine gradum fecerat, cum ecce illa remotis tamen arbitris pectus cœpit plangere, & sæuire in capillos. Ancilla quidpiam inaudiens aduolat, & quid vellet insuetus ille luctus percontatur. Væ marito, ait, væ patriæ, væ etiam tibi, si quod dixero, domo extuleris. Ter famula tundêdo pectus fidem dat se taciturum, ni scilicet ad ingenium fœmineum redeat: nam gregali suæ obuiam facta arcanum eadem fide, quâ acceperat credidit, & illa alteri, sicq; garrularum quasi catena augescens breui ad mariti aures peruenit: qui domum vt redijt, mordaci aceto vxoris bene perluit caput, quod linguam violata sponsione polluisset. Prô vxorem infidam! non eram nescius non minus tibi quàm alijs istud prurire membrum: prô quàm prępetes pênas tuosermoni affinxisti, meipso ad aulam ciuicam ocyus peruolauit. Ecce intemperantis linguæ vitio in quod me conieciſti malum? perenne mihi exilium cuditur, & tibi familiæ ruina. Cumq; ipsa crimen à se depellere enitens mordicus tueretur ab aliquo è trecêtis senatoribus euulgatũ fuisse mysteriũ, tãdem quod infidis eius commisisset, auribus meram fabulam merumque figmentum esse declarauit. Vtinam, vtinam quæ in hoc senatore, ea in nostris iudicibus & magistratibus secreti custodia vigeret: & quæ meri feruor profusè eructare consueuit,

sueuit, saltem fœminarum auribus dolio pertuso perfluentioribus non credantur.

Sed lepida sunt hæc: ad ea potiùs veniamus, quæ Fuluius Romanus ingenti suo damno didicit, nobisque exhibet funestiori exitu terminata. Quondam Augustus Cæsar vehementi animum coquente molestia non potuit quin Fuluio sibi charissimo in paucis hæc diceret: mirè sum anxius, Fului, quem sceptri huius hæredem instituam: anne vxoris filium? minimè profectò: etsi enim genuini mihi interierint; possum tamen pronepotem ab exilio reuocare. Brauia admodum hęc erant: attamen eâdem vesperâ leuissimæ Fuluij vxori innotuêre, & postridie Cæsaris coniugi, quæ oppidò exarsit, maritoq; acerrimè exprobrauit, quod reipsa pronepotem inter, & legitimum imperij succesorem discordiæ faces iniecissent. Redit ad Palatium Fuluius, nihilque sinistri subodoratus Domino suo pro more benè adprecatur, Cęsar Deus te seruet: à quo id responsi solùm tulit: Deus te sapiętiorem reddat, Fului. Quę verba etsi mitiori prolata voce ita eius viscera confoderunt, vt postquam coniugi pessima quæque fuisset imprecatus, addiderit animo esse constitutum sibi necem inferre: & meritò, respondet illa: nam longo iam vsu līguæ meæ intemperantiam edoctus tali narratione supersedere debueras. Sed ego ipsa te prius emoriar: nec cunctata mucronem ade-

git in pectus, eundemque pariter adhuc tepentem Fuluius.

O quàm appositè Euripides:

Nunquam lingua procax beat crumenam,
Nunquam faustifica potitur vrna.

Nec minus Simonides; *Loquutum fuisse*
Sæpius pœnituit, tacuisse nunquam.

Quemadmodum viperæ, vti aliquorum fert opinio, inter pariendum disrumpuntur, & enecantur; sic occulta ex ore garrulorum perpetuò parturientium emergentia sæpenumero nonnisi cum authoris sui interitu lucem hausere. Latus hic mihi rerum similium campus aperitur, at pertranseo.

Non possum tamen quin commonstrem arcani mysteria iure naturali & diuino vbiq; gentium munita & firmata semper extitisse, præsertim verò dum bellica consilia agerentur: vidit & mirata est antiquitas Duces, illius cultores religiosissimos: Mirata est Regẽ Antigonum, qui Alexandrum Magnum excepit imperio, Philippum filium secreti sui noluisse consortem, quem tamen sceptri esse volebat hæredem: potenti quippe quandonam castra moturus esset, respondit indignabundus, ah vereare forsan, ne tuæ aures tubę clãgori obsurdescant? Dilaudata pariter fuit Cæcilij Metelli arguta, animosaq; responsio, quâ curiosè scisitantem, quid de bello suscipiendo fuisset constitutum perbellè naso suspendit, vt si nosset interulam suam

eius

eius rei consciam, protinus igni tradere non dubitaret. Quot victoriæ olim ductoribus imminuêre, quot Christiani nominis hostes iã erant profligandi? quot ciuitates in nostras venissent manus, si lingua minimè deliquisset? id audiuimus, id vidimus, id legimus, & modò lugemus! at incassum. Verè bello congruit illud toties decantatum:

Post est occasio calua.

Non error bellis vt habet fortuna regressum.

Quis credat vnicum effrænatæ linguæ iaculum mille commoda, mille spolia, mille ciuitates imperio Christiano ademisse? sed frustra serijs arcanorum rationibus illustrandis immoror, nisi tandem viros ad Reip. gubernacula natos depudeat innatam bibendi cupiditatem alere ac fouere: cùm Scriptura teste, *nullum sit secretum vbi regnat ebrietas*: similis illa pertusis Danaidum cadis, similis ærario & arcę nullâ serâ furtiuas manus arcenti, similis mari vago huc illuc liberrimè fluctuanti: *nullum secretum vbi regnat ebrietas.*

Dum in ceteris hominibus tacitus expendo, verba auribus excepta in mẽte confestim domicilium figere, quid est, quod in ebrijs actutum velut è cribro effluant? crediderim sanè in ijs aurium sinus ac meatus nõ à cerebro pẽdulos, sed suũ in linguã solummodo deriuare cõmerciũ: attamen aliudne in corpore mẽbrũ ꝙ accuratius natura obuallârit? obseratur denti-

dentibus tanquam vallo munitissimo, vt si forte rationis imperio obstrepat è vestigio eius intemperantia cruentis etiam morsibus possit coërceri, & quando sponte ad rationi parendum adduci nequeat, vi adigatur. Sed quomodo ille, cuius lingua nullum à sopita obrutaq; ratione frœnum metuit, in quoslibet sermones seu puros seu obscœnos, seu licitos seu illicitos non prorum pat? quomodo sensus, sensaq; animi non liberrimè denudet? non iniuria Liberum antiqui, quem ementito diuinitatis numine turpiter affecêre, nudum omnino depingebant; non iniuria Euripides leuissimum mentis interpretem & prodromum vocitauit: non iniuria Eratostenes turbinis vehementioris similitudine vsus est, vt, quemadmodum Aquilo Libici maris ima viscera penetrans omnia susdeque commouet: ita profusa vini inglúuies hominem funditus permisceat, eius cogitationes disterminet, totum mentis senatum à suo cardine reuellat. *In vino* quidem *veritas*, sed malè linguata veritas.

Athenæus. Panorm. 9.

Lingua ebrij plectrum est, sed iners, malagratia plectri,

Quod sonat absurdum, quodq; tacenda sonat.
Niteris in vetitum semper prurisq; sacratas
Absq; fide mentis plectere, Bacche, fides.

Tradit Vopiscus Bonosum ducem, quotiescunq; Legatos à Regibus Barbaris destinatos excipiebat, recondita & occultissima quæq; solitum

solitum expiscari, sed appositissimè, dum scilicet intimam eorum arcem vi bacchica expugnasset. Quis enim inter cyathos texit, quod latere cupiebat? id equidem Horatius vix in hominis facultatem cadere posse arbitratur.

Arcanum neque tu scrutaberis vllius vnquam, Commissumq; teges & vino tortus & ira. Ad Lollium

Et Ode 21. l. 3.

Tu lene tormentum ingenio admoues
Plerumq; duro tum sapientium
Curas, & arcanum iocoso
Consilium retegis Lyæo.

Verius meo iudicio tormentum leniter crudele ad Græcorum mentem dixisset, qui Bacchum (ὁ Μύστης Διόνυσος) nuncuparunt id est crudelem certè crudelis: tum quod cæsis infantibus ei litaret gens Ethnica; tum etiam quod suos cultores diuexare, & suauiter quidem vocem prodentis eliciendo eidem non raro vitam eripere consuescat. Vtrumque hoc malum veritus Anacharsis cum à Solone quondam festiuo in epulo lautè habitus fuisset non somnum capere voluit, quin prius dexteram veluti fortitudinis indicem ori sinistram verendis partibus applicuisset, probè ratus maiori frẽno linguæ licentiam quàm naturę libidinem indigere.

PRINCEPS. Proposita factua varia, & magnifica rerum exquisitarum supellectili ita aures

aures mẽteſq; noſtras detinuiſti, vir doctiſsime, vt quãuis quę pœna arcanũ ſenatoriũ prodẽti ſtatuatur ſępiꝰ quęrendi eſſet animus: tamẽ deſiderio noſtro remorã inijcere maluimꝰ quã adeo iucũdę orationis curſũ interrũpere.

CAPVT V.

2 *Qui conſilia ſenatus profert abdicetur.*
2 *Tanquam patriæ proditor & periurus plectatur.*
3 *Comeſſandi libido, Iudices in pauperes iniuſtos reddit.*
4 *Magiſtratus ebrius officio deturbetur*
5 *Aliæ rationes cur in moderatoribus ebrietas periculoſa.*
6 *Intercepta Babylon Rege & Principibus vino ſepultis.*
7 *Alia exempla calamitoſiſsima.*
8 *Collectio ſuperiorum capitum.*

POLIT. Prę nationibus omnibus, quæ inuiolatã illibatãq; fidem & taciturnitatẽ perfectẽ admodũ ſeruaſſe legũtur, emicuiſſe Perſas omnino exiſtimarim, cũ n. grauiſsimum violatores, ſupra quã cętera delicta puniebantur, maneret ſuppliciũ, factũ eſt, vt cũ Darius bello ab Alexandro ſuperatus latibula quęſiſſet, omnemq; hoſtis mouere lapidẽ ac prædę adeo opimę adeptionem, eius militũ nemo, nec ſpe præmiorum maximorum, nec varijs tormẽtorũ acerbitatibus ad monarchã ſuum retegendum potuerit adduci. Quis

porro

porro in regiam Maiest. committere audebit, quod sapiés īrer familiares cēlet īmane flagitiū. *Ad amicum et si produxeris gladium, non desperes, est enim regressus ad amicum, si aperueris os triste, non timeas, est enim concordatio, excepto conuitio & improperio, & superbia mysterij reuelatione, & plaga dolosa: in his omnibus effugiet amicus.* Quâ ex sententia quiuis si non ingenio sit Bæotico, & planè obtuso, satis intelliget Remp. illum, à quo perfidis linguæ iaculis se confossam animaduertet, à senatoria dignitate meritò posse deturbare, omnemque in posterum beneuolentiæ aditum præcludere, quandoquidem duorum amicorum nexus tanquam irreparabiles illa noxa disrumpat. Et quidam non multis abhinc annis præclara de Principum consilijs commētatur: *Homini loquaci, ait, tacenda promenti, nihil meo iudicio quidem committendum erit: namq; boni senatoris nota est, si arcana credita cum fide seruat: nō metus, nō spes, nō vinū exprimit vocem neq; enim magnā rē sustinere potest, cui tacere graue sit: cuius magnā facultatem voluit esse natura.* Si Iurisc. sulti, quos refert Fuluius Clarius cōmuniter asse. rūt eū, qui pruriente digito litteras obsignatas aperuerit, & authoris inimico cōmunes fecerit tāquā periurū meritò dānari, (quod crimē vtiq; inter publica grauissimū & insigniter castigabile) quidni senator, quē explorata spectatissimaq; fide esse oportet, eiusdē criminis insimuletur? cum & litteras & arcana consilia

Ecclesiastic. 6. 22.

l. 5. Sent. §. falsum n. 26.

silia euulgare eiusdem sint momenti? quid aliud vox quàm littera auolans & fugacissima? quid litera, nisi vox fixa & consistens: *quæ scribuntur, nota sunt eorum quæ sunt in voce*, ait Philosophus. Quidni, inquam, periurij exemplum in eo statuatur, qui etsi iureiurando quanto maximo fidem suam Reip. desponderit, perfidè tamen è palatio, è curia, è conclaui ea, quæ intra quaternos parietes sanctissimè erant custodienda. Vellem liceret mihi per hasce tēporis angustias è doctissimo Couarruuia recitare pœnas, quibus omniù pene gentiū legislatores sese in huiusmodi crimina acerrimos vindices præbuêre: & præsertim si per concilij manifestationem incommodum aliquod aut periculum Reip. consciscereturr, tum talis non secus ac proditor, & patriæ hostis infestissimus habebatur.

6. quamuis patrū p. 1. §. 7. n. 2.

PRINCEPS. Probo, probo quã maximè exempla cruciatuū, quæ in Daulias illas ceruices eduntur: non est quod hic æquitati quidpiam dissentaneum dictitent molliores Iudices. At nullane culpa teneatur, nullane castigatione reprimatur nuda senatoris ebrietas?

POLITICVS. Imò semper in promptu est illa Antigoni Regis animaduersio: Spectans ipse gregarios aliquot milites etsi galea loricaue onustos, nihilominus iucundissimè se globorū lusu oblectare mirificè laboriosum & militare ludendi genus probauit, & Ductores eorū, à quibus laudarentur, iussit euocari:

Ast

Ast vt defertur ipsos in popina liberalissimè genio indulgere, non tulit tam disparilem & incongruam agendi rationem, & è vestigio centurias ebrijs ademit, vt in sobrios milites transfunderet. Quid porro ab equitatu alienum censetis magistratus ob insitam huic vitio indolem pessimam officio abdicari, si præsertim Ecclesiastici verba à Regū & Senatorum mensa prorsus vinum remouentis in memoriam vobis regrediantur: è duabus eius rationibus vnam attigi, alteram paucis perstringamus: *ne forte, ait, bibant, & obliuiscantur iudiciorum, & mutent causam pauperis. Vę terræ cuius Principes mane comedunt, & beata terra cuius Principes vescuntur in tempore suo ad reficiendum & non ad luxuriam.* Verè beata & millies beata prouincia, vbi Rectores & magistratus se integros à communi illa labe studeant exhibere: vt etiam vix quispiam ærūnarum illius Reipublicæ magnitudinem cogitatione possit assequi, dum in ea egenorum causa in postremis iacet; dum rei scelerum impunitatem assequuntur, dum denique fūditus omnia commouens dominatur ebrietas. Etsi multa, viri nobiles, de huius vitij in Remp. irrepētis pernicie ediſſeruerim, nihil tamē, si ea quę adhuc in animo insidēt minimè exposuero, dixisse mihi videbor. Eccles. c. 10.

Ponite vobis ante oculos quot pericula, quot facinora, quot casus inopinati, quibus magistratus omni conatu & studio sese op-

ponere debet, ſoleant euenire. Conclamatio ad arma ſeu vera, ſeu ficta inſonet, factiones inteſtinę ſuſcitẽtur, proditiones oriãtur, hoſtes habeant muros; ſi tum primores ciuitatis vino immaduiſſe contigerit, vbi ratio, vbi conſilium, vbi prudentia, quę tumultuantes animos oppidò compeſcat? quæ hoſtẽ à mœnibus arceat? quę ciues ordinet ac diſponat? eheu priuſquam ciuium ſaluti, quę ab eorũ tutela omnino pendet, conſulatur, priuſquam omnes Reip. partes ordinatè digerantur, illã crapulam digeſtam eſſe oportebit! interea hoſtes muros tranſilierint, portas effregerĩt, victricia ſigna fixerint in meditullio ciuitatis.

Dan. 5 Si mecũ placeat per ſacros & profanos codices hu^mprudẽtię impudẽtięq; notis vndequaq; aſperſos obiter excurrere, ſe primò offerret ſæcũdiſsimũ illud calamitatũ exẽplar Babylonici Monarchę, qui etſi Cyri copijs obſidioneq; validiſsima cingeretur nimirum tamen confiſus inacceſſę murorũ altitudini, militum robuſtiſsimorũ multitudini, propugnaculis inexpugnabilib^, arcibus munitiſsimis, cõmeatui denique in 20. annos redũdãti, omni abiecta ſolicitudine ad curandã bene cutẽ ſe cõuertit, milleq; Satrapis ſolẽne epulũ apparatu planè regifico inſtituit, in quo certare cãtharis, ſeq; mutuo potu ſepelire laus ſumma ducebatur: nec id modò, ſed *præcepit* iam *temulentus* (ſacris illis verbis vtar) *vt offerrentur vaſa aurea & argentea, quæ aſportauerat Nabucho donoſor, pa-*

ter

ter eius de templo, quod fuit in Hierusalem, & biberunt in ijs Rex, & optimates eius, vxores & concubinæ illius. Verùm magno ei stetit fluxa ebrietas & ab eodem impuro fœte promanans rerum sacratissimarũ violatio, dum nocte concubiâ Cyr' Regi cõmessabũdo, & regni sedẽ & sceptrũ & vitã miserrimè eripuit: cõgruẽter sanè Isaiæ oraculo, qui ruinę Babylonicę initia à Principibus potitãtibus huiusmodi vaticinio arcessẽs, *Emarcuit cor meũ*, ait; *tenebræ stupefecerũt me: Babylon dilecta mea posita est mihi in miraculũ: pone mensã, cõtemplare in specula, comedẽtes, & bibentes, surgite Principes, arripite clypeũ.* Scilicet hostis idoneã & mollẽ hanc occasionẽ dudũ pręstolatus, quâ vino victi armis facilius vincerẽtur nõ dubitauit ad internecionẽ conuiuas delere, nec piguit è vita eos miserè excedere, qui tanto in discrimine sobrietatis limites excessissent.

PRINCEPS. Quoties aurib' meis isthęc narratio incursauit, nec tamẽ adhuc capio, quî factũ sit, vt talis tãtaq; ciuitas in hostiũ man' venerit, quotquot lego min', quâsat mihi faciũt.

POLITICVS. Princeps optime, ne quid mirere: ebrietas obsessorũ maiorẽ cladem maiorẽq; impressionẽ facit, quâ obsidentiũ tormẽta, quâ cuniculi, quâ machinæ vllę bellicę vnquã ediderit, dicã tamẽ quid ea de re ab Herodoto & Xenophõte sit conscriptũ: cũ Cyrus prospiceret sibi rem esse cũ ciuitate propè ferrea & inexpugnabili, ad astus & stratagemata

confugiendam esse putauit. Quocirca propter eas ripas, quibus magnus ille Euphrates in ciuitatem latissimo alueo influit, terrę plurimum iussit effodi, sic vt incolæ tot tantasq; lacunas non sine metu obstupescerent: quò tamen res ista vergeret minimè assequi potuere: donec Medus certior factus Baltazarem curiamq; vniuersam militari posita feueritate mollissimis vacare delicijs tantum aquæ in has recentiores fossas deriuauit, quantum militibus tutò vadandi facultas fieret, ita vt sensim pedem in vrbem inferentes Rege, curia totaque ciuitate facillimè fuerint potiti. Qui enim se defensarent turmæ vino somnoque obrutæ præsertim nocte intempesta, hoste per tenebras furtim irrumpente, hoste, inquam, potentissimo, bellicosissimo, & quod potissimum est, sobrietatis beneficio solerti ac promptissimo.

PRINCEPS. Lux animo meo non modica ex hac tua ratiocinatione oboritur, verior sanè, quàm ex eorum, qui Babylonis interceptionem miraculo tribuunt, traduntque (quemadmodum de Erithræo, & Iordano flumine accepimus) Euphratem oppidò suis aquis spoliatum.

POLITICVS. Non lubens in eam irem sententiam; tùm quia non temerè cuiuis ad miracula confugiendum, tum quia Historicorũ nemo idipsum asserit. Quomodo nempe Græcos, qui laudis impensè auidi quandoq; scripta sua

ta sua etiam commentitijs adulterant, tam inusitatæ rei latuisset magnitudo? Quidquid de alterutra opinione disceptetur, saltem conspeximus ebrietatem, non minus quàm procellosum mare de cumanis suis fluctibus mõtes & ingentia culmina disturbare: conspeximus, inquam, Babylonicum imperium tanta annorum diuturnitate fundatũ ad Medos & Persas pene momento defluxisse. Sed quid rem tot claram monumentis molior illustrare? qui Herodotum, qui Diodorum legerint, stupebunt ingentes copias, opes infinitas, infinitas insanas libidines, at etiam earundem miserrimos exitus perhorrescent. Verum ne quæso de eorũ numero simus, qui probè sciunt, quid domi alienæ geratur, quid suæ, ignorant. Non iam opus à Virgilio versiculum illum mutuari:

Inuadunt vrbem somno vinoq; sepultam.

Ipsimet testari possumus lustificas nostra ætate clades, quæ probrum insigne nomini Christiano pepererunt. Cum superioribus annis Sinan Bassa exercitus nostri lusitantis potitantisq; florem intercepisset, eum Turcico Monarchæ veluti sertum è militari viridario collectum obtulit, & quò maior temulẽtiæ ignominia in posteritatem redundaret, vnà cum captiuis transmisit Constantinopolim cyathos, chartas pictas, aleas similiaq; popinę instrumenta.

Quo magis, viri nobiles, in altum prouehor

huius interminatę materiæ fines inuestigādo, eò in fœdiores infamię scopulos ac syrtes orationis meę ratē impingere sentio, doleoq; non fel ciorem vobis manūm obtigisse, quæ portentosam illam belluā suis coloribus depinxisset. Obiter siquidem percurri egestatē, quam in familias & respublicas inuehit, leuiter attigi innumera homicidia, quibus regna & ciuitates imminuit ac debilitat, grauissima crimina, quæ nonnisi morte possunt expiari, ærarij publici exinanitionē, dāmnaq; ingentia, quę ex fortuitis incēdijs procreantur. Sed quis pro rei dignitate referat sæuā malorum tempestatem, quę in varias Reip. partes, dum eius tractat ebriosus gubernacula, irrumpit? possitne illa Resp. illeq; status Platonicâ firmitate stabiliri? possitne imminentis ruinæ periculū à se amoliri, quando ab eo gubernetur, qui Bacchū pro moderatore habeat, colat, veneretur? O cęcū moderatorē, qui tibi se dedētis oculos obnubis, percellis intellectū, rationē offuscas, prudentiā tollis, sana cōsilia disturbas, & inferēda sētētia cogis turpiter cespitare! ô iniquū moderatorē, qui arcana nulla vis claui obserari, qui cantharis occultissimā expromis veritatē, quā nec equulei, nec faces, nec vlla tormenta valeant exprimere! O moderatorem pessimum, qui non gubernātem solùm demergis, sed in eundem gurgitem & ciues & ciuitates & copias, & amplissimos cœtus trahis naufragos!

Quanto

Quanto iustius & capitalius odium nos in te concipere oporteret, quàm in hostes nostros, quorum virtus tuis præsidijs destituta, planè est elumbis. Per te siquidē maius Christiano imperio dispendium, quàm per Ottomannorū tot iam annis sęuientiū arma accessit. Quin igitur longē à Catholicorum finibus eliminata ad Charamantas & Antropophagos ablegeris, imo quin ab omni regione penitus excludaris: quoduis regnum, quæuis prouincia, quæuis natio velut infensissimam humani generis pestem execretur. Vtinam Respublica ac ciuitates vniuersæ tam salutares tamque seueras in eos, qui se mollibus tuis laqueis sinunt irretiri, condant ferantque leges, vt te vnusquisque in posterum non minus quàm fatale telum quàm mortem ipsam perhorrescat.

Prīceps hisce Politici rationibus vehemēter accensus non potuit quin libera voce proclamaret se tanti vitij fibras è suorū animis penitus exstirpaturū, nec in ditione sua latebrā vllam quo se olim recipere posit, concessurum. Quare oēs cōcordi gratulatione eidē Politico applausēre, quod opulētissima sua dicēdi facultate & acrimonia effecisset, vt ex temulētia nullū posthac ciuile malū ac domesticū ad vllam istius Reip. partem esset venturū: ipse cōtra pro sua comitate & modestia omne honoris curriculū declinare, & siquis ignicul⁹ laudabili Prīcipis zelo accessisset, cū Theol. Cā. &

Iurisconsulto referre acceptum. Quisq; tandem ad cœnæ horam in diuersa se recepit.

CAPVT VI.

1 *Vnicuique suum decernere diuina est virtus.*

2 *Pœna capitis priuatis hominibus ebrijs decreta.*

3 *Mahometes à suis asseclis vini vsum arcet.*

4 *Magistratus ebrij supplicium.*

5 *Quidam hac ætate Princeps, quàm acriter ebrios persequatur.*

OMnes ea mente ad vespertinum epulum accesserunt, vt pomeridianis horis agitata vel refricarent familiariùs, vel quodam additamento cumularent. Sed vir quispiam nobilis, qui sub cœnam cum Principe consultationem habiturus appulerat, solus curiosa narrationum nouitate mẽsam occupans, omnem alijs seria tractandi ansam præcipiebat, Plutarchici documẽti immemor quod monet ijs sermonibus, quorum fundendorum sumus auidi & profusi frænum esse nobis adhibendum; cumque secus hic aduena in medio cursu orationis alios resistere cogeret ipsisque tanquam bolum è faucibus eriperet, tandem subiecit Princeps è Pomeridiana disceptatione non adhuc elici potuisse, quæ singulariter ebrijs pœnæ decernerentur.

Poli-

Politicus rem suam agi probè animaduertens in hæc verba respondit. Quo nodum quæstionis huius solertius explicare possem, me ad maximas, nobilissimasque scientias confugere oporteret, vti sunt illæ quæ suum cuique tribuere, & sanctissimam æquitatis libram edocent. Pindarus id vnum ad DEVM tanquã ad perfectissimũ totius vniuersi architectum, & sapientissimum iustitiæ authorem spectare existimauit, qui solus scilicet nosset quando, quomodo, quantaq; suppliciorum mensura par sit vnumquemque facinorosorum castigare: cumque tradiderit Plato Minoa in huius scientiæ rationibus pernoscendis non solùm se Iouis filium, sed etiam discipulum esse professum; malim ego in quæstione tanti momenti enodandâ sapientius aliorum iudicium sequi, quàm meo solo fretus eloqui ea audacius, quæ mollioribus animis rigidiora videbuntur.

Quæstio autem cum latè admodum pateat, potest bifariam diuidi, imò in tot membra, quot genera sunt hominum, qui temulentiæ castra sunt secuti: nam vel ij sunt priuati, vel Remp. administrant: quorum primi se forsan felici natos sidere auspicabuntur, quod olim Zaleuci Locrensium legislatoris sanctionibus non subiacuerint: non enim solummodò in ebrios pœnam capitis statuit, sed etiam si inconsulto medico mero se refecissent: non lubentes etiam Mahometicis in-

ſtitutis omnẽ vini vsũ prohibẽtibus adhæſiſſent,& quàm inuitè terga 80. verberibus dolanda prębuiſſent:totidẽ quippe in ſuo Alcorano impingenda præſcribit. Mirabimini fortaſſe magnũ illum veteratorem, cùm eſſet Veneris & Bacchi cliens obſeruãtiſsimus,nequaquã tamen in alijs eorũ munera toleraſſe.

Quampiã ipſe quidem rationem ſuggerit, ſed ementitã,impiam,ſacrilegã, à qua veſtræ aures caſtiſsimæ abhorreãt:nouimus viri mẽtem:quamuis totis viſceribus libidini & calicibus inhiaret,ſe tamẽ abſtemium exhibebat, nõ religione aut ſuperſtitione aliquã ductus, ſed cũ malo comitiali diriſsimè torqueretur, illud noua acerbitate nolebat cumulare :propalam etiam ſibi ſubiectorũ proteruiam cauſabatur,quam vt efficaciter coërceret,prętereà quod vino aptè abſtineret, fingebat ſeſe à Gabriele Archãgelo iuſſum eſſe ijs omnẽ vini vſum interdicere,quidni dicamus etiam,cum videamus plurimas nationes potitationibus aſſuetas à Turcis egregiè debellatas ipſum hac ratione illos & milites ſtrenuos,& laborũ patientiſsimos reddere voluiſſe, verũ nihilne de Reip.moderatoribus teſtatũ monumẽtis? immò verò certũ olim ijs fuit,& quidẽ Principi quã primũ ebrietati ſuccumberent ex Solonis inſtituto morti occũbere. Author eſt Cuſpinianus Popinum Regem Ludouici cognomẽto Boni pronepotẽ ita cõpotationib' & gaueonũ cõſuetudine fuiſſe deprauatũ,vt ditionem

nem ſuã Aquitanicã in ſicariorũ, & graſſatorũ, manus venire impunè permitteret. Rei indignitate quâ par erat cõmoti primates Aquitanici Ducẽ ſuũ intercipere, & Carolo Caluoparẽti cuſtodię mãcipandũ tradere nõ dubitarũt. Nec ægrè tulit bonus parens, ſed negotio ad arbitros reuocato intra cœnobij clauſtra cõpingendum hominem curauit.

De induſtria multa huiuſmodi prętereo, ſolumq; id meliori mẽte perpenſũ velim, quod ſi Reges, & Principes ita acerbè ſuã ebrietatẽ luerint, quę tãdẽ mulcta, quæ pœna vinolẽtis magiſtratib⁹, quos, dũ populus potitat, & cõuiuatur, vigiles & ſobrios eſſe oportet, irrogabitur? nõ ijs minor incũbit ſollicitudo, quàm Epaminõdę Duci, qui dũ plebs Thebenſis ſoleñi epulo accubãs effuſiſsimè debaccharetur, vultu ad grauitatẽ ſobrietatẽque maximè cõpoſito ſolus ciuitatẽ obibat, cauſamq; rogatus reſpondit, id agere mihi cõſtitutũ eſt, vt alijs bibẽdi ſit facultas. Qui ſenatoriã diſciplinã profitetur, niſi hũc propoſuerit ęmulari, nec ſenatoris nomine, nec ſenatoriâ togâ dignus habeatur, quin potius vtroque inſigni cum infamia ſpolietur neceſſe eſt.

Sic porrò agẽdũ, ſi quidẽ ęquitati locũ demus. Noui ego Principẽ qui nullã ebrijs, ſeu nobilis ſeu plebei⁹, ſeu prę ſes, ſeu Aduocat⁹ ſeu Iudex ſeu ſenator foret, ĩpunitatẽ vnquã viſus eſt cõcedere, ſed oppidò à curialib⁹ officijs amoliebatur eius dignitatẽ ex authoratione iudiciali defor-

deformabat, nihilque reliqui faciebat, quò minùs superstes summæ suæ ignominiæ, vltimæq; calamitati esse posset. Mathurinus se cohibere non potuit: nam quâ ore, quâ oculis, quâ multis gesticulationibus nescio quid pruriebat, & quamuis Princeps indice vultu silẽtiũ præscriberet, tamẽ erũpere oportuit malũ Viri eruditissimi ait, mene forsã ônis politię expertem autumatis? nequaquã: si per me liceret, istis lurconibus & Bacchi assectis duplicia Paschalia celebranda concederẽ, sed nonnisi præuio 40. Dierum ieiunio, quod panis & aqua perbellè interpolarent: deinde eorum crũmenas pulchrè emungerem, & quæ nasutiores forent, maiorem etiam emitterẽt mucum. Bone Deus, itane licenter assecłę, & qui à pedibus suos heros helluãtur? profectò, ô mastigię, nimiũ vobis feriantur lora, quibus coëmendis pecunia illa mulctatitia deseruiret. PRINCEPS. Væ, Mathurine, ne tibi nõ ferentur lora, caue ne ab assecłis, quos semper impetis, feriare. Cæterum gaudeo, Principem illum tam sedula suppliciorum acerbitate ebrios fuisse persecutum, à quo nõ aliena iam pridem animo meo insedit voluntas, atq; vt ipsa executioni mandetur quàm ocyssimè concito senatu edictum seuerius per omnis ditionis meæ oras iubebo: imò vt tanti momenti res viridiori cultu peruigeat ascriptitios assumã, lictorumq; ministerium, qui in decreta violantes studiosissimè inuigilent, adaugebo?

CAPVT

CAPVT VII.

1 *Quædam pro ebrietate excusanda ratiuncularum infirmantur.*

2 *Propitio numine omnia in Principem affluunt bona.*

3 *Principes pios, contra quam Politici sentiant, protegit Deus.*

4 *Venerabile Sacramentum inter flammas intactum non ita pridem.*

INterea dum laudabilis zelus ad hęc enũcianda Principem instigaret, limis eum oculis conspicabatur nobilis quidam, contractoque supercilio nescio quid irrequieti animi ostentabat, nec potuit tandem qui pro ebrietate quasi velitationẽ quandã instituerẽt (quod equidem animi gratia feciſſe crediderim: nam frugali mensa vti solitus dicebatur,) si ita cõstitutũ sit temulẽtos in posterum perstringere, væ ciuico ærario, væ eius vectigalibus, quę ex potitationibus luculentissimè redundant: ad quid puniantur, si ebrietate maius non cõmiserint facinus: non quidem impunè tolerauerim, si illa ad stuprum, ad cædes & huiusmodi grauiores hominum mẽtes solicitauerit, at (simpliciter ebrium omnem legis acerbitatem perſentiſcere quandam mihi immanitatem redolere videatur. Quis ignorat non omnia crimina in principis vindicem manum cadere, multaq; ferulæ diuinæ reseruari.

PRIN-

PRINCEPS. Hiſce ratiunculis, quæ cæteris vtcunque neruoſæ videbantur, ſe laceſſitum ratus, exiſtimas, ait, per leges popinonũ & nepotum licentiam coërcentes Reip. ærarijs non modicã fieri deceſsionem? Quaſi verò monarchę illi, quorũ regio non vitium ferax eſt, minus copijs & opibus abũdent, & ſua vectigalia à potu ſolũmodò emẽdicare cogantur: quaſi verò ea Reſp. à facultatibus ſit inops, quæ à vitijs nuda eſt, & ab hoc præſertim vitio, quod in cõmune bonũ penitus vergere cõ probauimus. Eum moderatorẽ auſpicatiſsimũ ſemper exiſtimaui, qui ſedulò Dei gratiã cõciliare ſibi ſtuderet, & quę diuini cultui aduerſantur procul à ditione ſua remouere, qui etiã perſuaſiſsimũ haberet fluxarũ rerũ affluentiã, & ipſius Reip. fortunas magnũ à pietate accipere incrementũ. Quis ſacrarũ litterarum adeo rudis, qui neſciat nõ minùs boni principis eſſe cliẽtũ ſuorũ mẽtes virtutibus, quã nũmis arcas ſuas locupletare? quis neſcit Deum pręueniſſe *Reges in benedictionibus*, Reges illos ſcil. qui magnum Dauidẽ æmulantes, *in matutino interficiebant omnes peccatores terra, vt diſperderent de ciuitate Domini omnes operantes iniquitatem*? Tot reportatæ de hoſtibus victoriæ, tot inimicorum diſsipatæ acies, tot prouinciæ vrbeſque ditioni Chriſtianæ additæ quid innuunt aliud, quàm benigniſsimè à Diuina Clementia remuneratum pium illud ſtudium ac zelum, quem Conſtantini, Theodoſij,

dosij, Carolomanni, Ludouici, alijq; sapientissimi Reges non solũ in Christiani nominis strenua defensatione, sed etiã in facinorosorũ insolẽtia, & temeritate retũdẽda exhibuêre?

O quàm bene illi est, cui propitium in hac vita numẽ velificatur: tantũ illud bonũ æstimarim, vt nec simile, nec secundum possit inueniri, & si solum est, abundè est. Neq; verò olim latuit gentiles tã solidæ veritatis mysterium, qui etsi in media barbarie nati, etsi tenebris plus quàm cimerijs inuoluti, suorum tamen Deorum fauoré ac beneuolentiã quotidianis sacrificijs demerebãtur, rati ab illo solùm cultu ac religione omnẽ, quæ hîc sperari posset, fluere faustitatẽ. Idipsũ professa est tota Philosophorũ antiquitas & septẽgemina illa sapiẽtum lumina; idipsũ Resp. vniuersa, ac præsertim Romana rerũ domina, quæ tã studiosè Iouis, Martis, Saturni gratiã statis diebus aucupabãtur, vt sicut ab eis imperij sui in cunabula acceperant, ita eiusdẽ propagationẽ & incremẽta feliciter impetrarẽt. Quis porro neget Deũ peculiari quodã nutu ac prouidẽtia reges tanquã suos vicarios moderari ac fouere? qui exẽplo suo desides ad impigrũ Dei obsequiũ existimulant, qui authoritate suâ pio zelo temperatâ vitiorũ farraginẽ sensim euellẽtes bonã virtutũ sementẽ superinserunt, qui improbis sua supplicia, probis sua prẽmia opportunè pẽdunt ac largiuntur? An eos publicę salutis adeo amantes ac solicitos in postremis habeat? an eis rem angustã esse domi patiatur?

an eo-

an eorum curas, & sudores flocci pendat? nemo huiusmodi cogitatione mentem suam polluat.

Quoties pro concione audiuimus, quoties legimus, Principibus ijs, qui primò rem diuinam cordi habuerunt, & bellum implacabile sceleribus indixerunt, omnia affatim & quasi è Midæ virga affluxisse? Certè mihi perpetuæ fuerunt inimicitiæ cum impijs Politicorum problematis, qui eas Reip. administrandæ rationes præscribunt, ac si à diuino nutu atq; præsidio neutiquam penderet, & mũdus fato quodã aut poti⁹ hominũ malitia astuq; regeretur. Noui quid animo moliantur huius pernicioſæ disciplinæ sectatores: sicuti reipsa Deum tãquam communem parentem diffitentur, sic nec eius ope niti laborant, sed appellunt animum ad iniquissimas rationes perueſtigandas, quibus Resp. ærario opimius augescente fulciatur. Omnino crediderim eos (quod equidem impijssimum est) persuasum habere sibi, vel diuinam prouidẽtiam hominum precibus obsurduisse, vel remoram votis nostris inijcere, vel auara manu sua elargiri, vel denique aũxilium eius esse ficulneum, seq; autumant quod meditati sunt longè ocyus cumulatiusq; humanis viribus, humana prudentia, dexteritate ac industria adepturos.

Volebas insuper magistratum ab ebrijs, ni simul in grauius aliud scelus fuissent prolapsi vindices

vindices manus abstinere; nescis hoc pacto malum minimè præcaueri? si velis riuos arefieri, censes scaturigines obstruendas, si monstrum extingui, ab incunabulis præfocandum, si pestiferas plantas emori, radicitus esse exstirpandas: & tot cædium in ciuitatibus passim pullulantium finem exoptas? nunquam ebrijs impunè volitantibus consequere. Deinde quid insuetum, durumque tibi videatur in nudam ebrietatem iudices animaduertere, cùm hæc in Ethnicorum ciuitatibus optimè constitutis viguerit consuetudo, eamque inter Catholicos, Carolus Quintus diuini cultus, & proborum morum propugnator acerrimus, alijq; Reges non pauci tanquam laudabilem factis comprobarint.

Quod si leges ciuiles eæ admittantur, quæ pecunia mulctant superuacaneas conuiuiorum expensas, ferculorum multiplicitatem, vestium luxum, imò quæ prohibent pretiosas & inusitatas materias in vulgarium habitum induci, quâ viâ, quo priuilegio ab eadē mulcta immunis abeat temulentus? nam si per conuiuiorum vestiumq; redundantiam, populi totiusq; Reip. fortunę decrescūt, quis nescit per singulorū ebriosorū intēperātiā, & profusissimā libidinē, vti aliàs satis explanatū est, longè magis exhauriri? Aſt aiunt, nō omnia crimina ad Principis tribunal reuocanda: cedo: sed Principis est iustitiæ romphæam, in noxios & ita bono publico damnosos exa-

cuere, quando Respublica ei credita commissaque sit vt pacis virtutumque donis quanto maximo eius studio ac industria efflorescat: qui autem efflorescere possit, quandiu temulentia, quæ publicam tranquillitatem vt plurimum interpellat, incastigata manebit?

Ita Princeps, cuius scitas salutiferasq; rationes conuiuæ pleno ore dilaudarunt. Gestiebat verò inter ipsos aliquis, & non obscuro vultus indicio videbatur è Principe edíscere velle narrationem, quam pomeridiano tempore, summis solùm digitis attigerat. Satis igitur, prospiciens quid frons oculiue loquerentur, pulchra est, ait, quã te video auere, historia, sed instituto nostro nonnihil aliena, ni si quod, vt in illo Britonensi incendio ignis à Deiparæ cingulo, ita hic à re omnium pretiosissima sese repressérit: cumq; subijcerent alij epulari colloquio latum patere campum, in quem scilicet non cathenati & compositi sermones excurrere debeant, sed qui à familiari & illaborato ingenio suggeruntur, iussit virum à secretis deferre ad se è musæolo epistolã à virosapiẽtissimo in hęc verba cõscriptã:

Inusitata decorum ac beneficiorum, quibus me dudum Excellentia V. dignata est, magnitudo facit, vt nullam è manibus elabi sinã occasionem scribendi ea, quæ animo vestro voluptatem simul & spiritale oblectamentũ possint procreare. Et opportunè hisce diebus placuit diuinæ bonitati miraculum illud,

quo

quo pueri Babylonici ſtupori mundo extitêre, non dicam renouare, ſed euentu illuſtriori cumulare.

8. Kal. Iun. Pneumaticalibus celebri die in templo B. Virginis Fauernenſi, cui Benedictinus Cœnobiarcha præſidet, Pontificij theſauri lucrifaciendi fiebat copia, eamq; ob rem auguſtiſsimum Euchariſtiæ ſacramentum hierothecæ argenteæ pellucidè incluſum populo exhibebatur: cùm ecce ignis caſu neſcio quo, in aram adeò perniciter inſilijt, vt non ſolùm mappas, delicatioraq; ornamenta, ſed etiam ligneum inſtrumentum Diuino Corpori ſubiacens ambuſſerit. Ad hierothecam vt peruenit vim ſuam retundi quodammodo ſentiens, eam cum hoſtia ſacroſancta reliquit illibatam, & modo incredibili per tres & triginta horas in aëre hærentem ſtupeſcentibus tum Fauernēſibus incolis, tum infinita multitudine, quę ad inſolitū ſpectaculū è finitimis locis turmatim affluxerat. Die tandem à Pentecoſte tertio adfuit Curio quiſpiā non inde procul ſupplicationē cū ſuis inſtituēs, cūq; iā ſacris ad illā ipsā arā operaretur, ecce facta ſacroſancti Corporis exhibitione quaſi ad manuū ſeſe demittētiū æquilibriū deſcēdit, & ſupra Miſſalem librum ſacro linteo circumuolutum (illum ſiquidem maioris venerationis ergo, ſi fortè vas ſanctum delabi contingeret, ſuppoſuerant Aeditui) placidiſsimè cōquieuit. Res geſta breuiad Archiepiſcopi Biſūtini

POMERIDIANVS CONGRESSVS III.

Medicus interloquitur.

CAPVT I.

1 *Definitur sitis.*
2 *Cur bibat animal.*
3 *Quæ animalia nunquam aut perraro bibant.*
4 *Cur potio frigida gratior, cùm calida sit sanior.*
5 *Non tantum in ventriculo sitim excitari multis experimentis probatur.*
6 *Gustum in potu appetunt intemperātes.*
7 *Nimio potu opprimūtur vires corporis.*
8 *Nullum vinolentiâ pestilentius malum.*

SVB primos matutini solis æstus nobilis ille cōsessus, qui adeò benevolas aures ad quadriparti, tam priorem palæstram attulerat, iam benevolentissimas ad optatissimam Medici dictionem parabat: hoc namq; etiam de sapidissimo scientiarum Latice di-

ci poteſt. *Quo plus sũt potæ plus sitiũtur aquæ.* Eoq; maius ſtudium & ardor fuit futuræ exercitationis, quò mira magis omnium præſagiret animus, mira tanti viri doctrina ſingularis polliceretur, cùm præſertim eam in medicina vim ineſſe videamus, vt voluptatem cum vtilitate blandiori vinculo maritet. Nihilominus Medico viſum eſt pro ſolitâ ſuâ modeſtiâ & comitate, venuſtam huiuſmodi excuſationem præſtruere.

Viri nobiles, humeris meis prouinciam opinione veſtrâ maiorem, profeſsioni meæ incommodam nonnihilq; arduam impoſuiſtis. vultis me in ebrietatem & intemperantiam arietes & catapultas intorquere: ergo in alumnam & nutricem meam inuehi me oportebit, ergo conuaſandum erit Medico, claudenda officina, alijſque muſis eius opera addicenda. Siquidem *Intemperantia altrix Medicorum*, aiunt Coryphæi noſtri, *eaque deficiente nos quoq; deficimus.* Ne forſan tamen ingrati animi notam mihi inurere, neue ſolus ſubterfugere videar, quod alij maxima cum dignitate ſuſceperunt, potius veſtræ voluntati velificandum, quàm ſtolidi vulgi opinionibus inhærendum eſſe exiſtimaui. Nolite verò me illi oratorio muneri deſpondere, quo Rhetori conſultum volunt, vt ſi quando materia infœcunda & ſterilis ad dicendum offeratur, non ſe anguſtioribus cancellis concludat, ſed

latiſ-

latissimè vagetur, & à priuata & singulari controuersia, se ad vniuersi generis vim explicandam conferat & conuertat: hoc, inquam, si mihi in exponendis à bibace gula procreatis seruandum præstituerem, non solùm pomeridiana hæc tempora, sed prope Nestoreos annos video consumēdos. Quare in solitum nostræ artis curriculum descensurus, viam inire compendiariam, & proludij gratia statui nonnulla, quę in tātorū malorū, cognitionē sēsi deducāt, prǫmittere.

Et quoniam primaria potionis causa ac ratio sitis est, non erit alienum à proposito succinctè eius inuestigare naturam, iuuabitque eam sic definire, vt vel *suctionis & indigentiæ sensum esse*; & ita Galeno, *vel appetitum esse humidi & frigidi*, atque ita Aristoteli congruenter dicemus: hocque solùm discrimen intererit, quòd hęc secundum Philosophos genere & differentia: illa secundum Medicos sua causa constabit. Siquidem sapiens & archidædala natura cùm dicitur animali sitim indidisse, huiusmodi refrigerationis appetitum ventriculo procurauit, qua continēter incolumitatē suā tueretur, & quod à natiuo calore absumitur, sedulò instauraret.

Cùm enim cibum, qui in ventriculum ingeritur, necesse sit digeri, plurimum huic negotio confert potus; quoniam aduentitio humore illum diluit eo modo, quo Alchimistę, aut coci res solidas & constipatas liquore

aliquo macerare, & ad faciliorem coctionem solent adaptare. Non iniuriâ igitur dixerim eos à sanitatis regula non parùm deflectere, qui siccè pransi cenatique in causâ sunt, cur cibus humoris expers intra viscera nimiùm exaresc at, puteat, putrefiat, & tandem inusitatum quendam calorem ac febrilem progeneret: in causâ sunt etiam cur meatus offercian tur, & coagulato ciborum cumulo difficilior ad illa ad tus prębeatur, cur deniq; viscera ipsa temperata irrigatione humectari solita contabescant: vt enim homini innatus calor, sic innata sitis.

Quid ergò mirum, si animantes, quæ nullo, aut certè modico sanguinis æstu incalescũt, similiterque insecta, prorsus à bibendo abstineant, cùm genuinus humor sat copiosus ascititium minimè requirat: haud tamen negârim quandoq; apes & vespas nonnihil aquæ prolibare idque caniculâ æstuante & natiuum earum succum quodammodo exugente. Quid etiam mirum, si quicquid sub liquidi istius elementi rectis stabulatur, siti nunquam laboret? satis humida sua constitutione, humidoque domicilio madet piscis, non æstuanti insuper pulmonum folle cõcitatur, non immeritò ijs annumerem crustata squammigeraque animalia, testudine tamen exceptâ tam marinâ quàm terrestri: vtraque enim prędita est pulmone & torosõ & abundè sanguineo. Et aues nõ sanè multùm bibituriunt,

quod

quòd qui eis ineſt pulmo molliculus eſt, ac ſanguine deſtitutus: non tamẽ infitias iuerim accipitrem, aquilam, falconem & ſimiles nõ nunquam nobis ſiti ardere viſas: at eam vel adurente febri, vel plurimo volatu, vel diutinâ prædæ inſectatione excitari tradunt rerum phyſicarum inueſtigatores. Quia in re profectò, vti & in cæteris prouidentiſsimè ſe habuit diuina bonitas: nam ſi frequentiori illa refrigertaione haberent opus, hauddubiè multùm à volucri ſua exercitatione, ad quã, Iobo teſte, nata ſunt, multum etiam ab inſigni illa pernicitate auocarentur.

PRINCEPS. Vir experientiſsime, priùs eò, quò intendit, tua perueniat ratio, vellem iam mihi, ne forſan quærenti aliàs excidat occaſio, mentem ex aliquot dubitationibus, quæ eam diſtinent, expedires. Ac in primis neſcio cur ad Ariſtotelis mentem ſitis humidi frigidique appetitus deſcribatur, cùm per hyemẽ calida potio ſit acceptior, cumque illuſtriſsima illa ſaponum cohors, quæ anno 1585. immenſis plagis terrâ marique ſuperatis nouo plauſu Romanis arcibus inuecta eſt, pro regionis ſuæ conſuetudine nonniſi calido potu tam æſtiuo quàm hyberno tempore ſitim ſedare conſueſcat. Deinde illam voluiſti in ventriculo tanquam vſitata ſua officina fingi & excitari: Ego verò in pulmonibus eſſe dixerim, vel potius per corpus diffundi, quod non rarò è defatigatione incaleſcens,

ſpirare ſitim videtur vniuerſim. Poſtremò præter duas illas, quas ſiti affingi audiuimus, qualitates aliam animaduerto nempe ſaporem: quî ergo eam Ariſtoteles minimè in definitionem incluſit ſuam ?

MEDICVS. Certè quæſtiones illas non à Principe, qui potiores ætatis annos rei vel publicę vel bellicæ conſecrârit, ſed à Philoſopho, qui vitam omnę in phyſico puluere triuerit, profectas eſſe exiſtimarim, dicam tamen, quando ita placet, ſitim, ſi naturâ eius ad lydiũ lapidę exigamus, ſolũmodò appetętiâ humoris eſſe, qui ſiue calidus ſiue frigidus ſit, ſibi permiſta diluendi atq; diſſoluendi pollet facultate, vt propterea comedentibus ſtatim ſoleat ipſa inceſſere. Si verò gula frigido potu tranſmeari appetat, vel id conſuetudini tribuendum (vti tepido delectari Iapones modò dictũ eſt,) vel certè calori, qui ſeu à febri, ſeu à feruida corporis exercitatione promanans, ſtagnãtes interiùs humores ebibit & abſumit: alioquin ille cui non aſcititius calor, ſed naturalis quędã vacuitas humorũ ſitim proritat, facillimè naturæ calidâ potius quàm frigidâ vtendo faciet ſatis, quoniam illa magis in ſinus penetrat, efficacius cibos diſterminat digeritque.

Quoad ſecũdũ attinet à tua ſentętia, Princeps optime, non diſcedo, lubenſque ſitim in ventriculo ita cõllocarim, vt ab alijs partibus non excludatur: ſi equidem ad variam eius vſurpationem, quæ latiſsimè vagatur, attenda-

tendamus animum in corpore penè vniuerſo ſedem figere compluribus experimentis innoteſcit. Nam primò ſi ſolùm in ventriculo ſoleret excitari, ſtatim accedente potu ſedaretur, non minùs quàm fames, quæ mox vt cibus eũ occupauit, non ſæuit ampliùs, etiamſi necdum in ſanguinem, carnem, neruos, muſculoſue tranſierit. Videmus etiam illos, quibus pulmones neſcio quâ ariditate contabeſcunt, quamuis continenter ſe proluant, imò diſtento aqualiculo turgeſcant, nihilominus ſiti perpetua inflammari. Alterum à ſolerte natura ſapienter inſtitutum ex eo patet, quòd parum potus per aſperam arteriam permeãs ad pulmones non aliam ob cauſam, quàm ad eam extinguendam tranſmittatur. Quî autẽ id fiat, quantaq; induſtria diuina manus res naturales ſit architectata, operæ pretium eſt enucleatiùs expendere. Gutturis orificium epiglottis ſeu gurgulio obſidet quaſi quidam penſilis de palato iſthmus: atq; dum ſe cibo potuiq; veluti ponticulum ſublicium præſtat ita appoſitè illum animæ canalem obſtruit, vt & faucium præcluſionem, quæ ex multa eſcarum liquoriſue iniectione accidere poſſet, arceat, & ſimul procuret, vt aliquantulũ potus per ſuas extremitates prolabens ſeſe obliquè in arteriam inſinuet & in pulmones deriuetur. Vnde ſi cupiã animali porco maximè (vti author eſt Hippocrates l. de corde) ferro

iugulum

iugulum petatur, arteria eo ipso colore intincta apparebit. Cui etiam assentiri debeant Medici, si è multis tricis ac difficultatibus velint eundere. Nam vt pectoris & occultiorum viscerum prauis affectionibus medeantur, imperant syrupos, trochiscos, pastillos, qui sensim in ore colliquescentes in malè affectas partes illa permeēt, necesse est.

Alteri dubitationi vestræ si respondero, video fore, vt ebrioſi me paradoxorum dogmatum procusorem existiment: volo enim saporem non inter primarias qualitates, quæ ad genuinam potus indolem pertinent, reponere, at inter secundarias veluti quandam proprietatem per se nulla in re altrici naturæ deseruientem, & solum cibo ac potui comitem additam, vt ad bibendum appetitus prolectaretur. Quis credat igitur (quamuis ita se res habeat) eos solummodò vera genuinaq; vrgeri siti, qui tantū quidpiam humidi appetunt, & quæritant, & eos, qui ad saporem & gustum è calicibus aucupandum mouentur, appetitibus præposteris & à natura minimè institutis, sed potiùs ab intemperantia & prauâ voluntate procreatis concitari. Ex hoc hominum grege temulentos meritò dixerim, qui quamuis sitibundâ cupiditate quarto aut quinto haustu repressâ, nihilominus bibendi nullum finem faciunt, collum sibi gruis ad gulam delicioso vini sensu tractiùs demulcendam exoptantes: quemadmodum iste

helluo

helluo, qui insatiabilem suam libidinem explere satagens ori adhibito infundibulo, merum assiduè sorbillabat. Eosnè homines, an portenta veriùs dixerim, qui diuina munera impijssimè prodigere, naturæ prouidæ beneficium vilissimâ delectatione eludere, eiusq; sapientissimam regulam præuertere non verecundantur: siquidem illa bibendi facultatem certis limitibus ita definiuit, vt si citra refrigerationem, & humectationem necessariam sumpseris, nec eam pro ratione distributionis ciborum, & congruæ concoctionis metiare, illos transilijsse censearis.

Hac in re stomachus esto moderator, & suis nocumentis te à nimia ingurgitatione deterreat, edoceatque illam humorum affluentiam per omnes suos fines improbè vagari, digestionem insuper præpedire, cibos huc illucque disijcere, quos tamen natiuus calor, vt maiori cum efficacitate operetur, expetit aggregatos. Hinc est quòd, quia ventriculus humidi abundantiam tanquam operationi suæ maximè inimicam pugnaciter fugit, magnus ille Opifex eum quasi igne circumsepiens veluti ollam in medio flammarum collocârit. Porrò vitalibus vndequaq; fomentis munitur, à dextris hepate, è quo velut ex officina instructissima sanguinem commodum sibi comparet, à læua splene, desuper corde vitæ ac caloris fonte perenni simulque diaphragmate protegitur; à tergo insistunt

musculi

musculi, à fronte obtenditur omentum seu pingue inuolucrum. O ingeniosissimam atq, operosissimam fabricam! quàm tamen vili præsidio te destruit intemperantia. Quid chylo (in quem alimentum ventriculo exceptum transmutatur) accuratiùs seruandum? ei si bene sit, etiam cæteris naturalibus facultatibus bene erit: cum ergo ista eluuies cibũ, prius quàm ritè elaboratus sit, ad intestina transmittat, eius generationem perneceſſariam maximè interpellet necesse est: senties enim sanguinem è chylo ortum pessum ire, spiritus è sanguine exhalantes perperam diffundi, omnes deniq; corporis partes carnem, ossa, toros, venas, cartilagines, arterias, quæ sanguinem in sese conuertunt impura temperatione deprauari, cum tamen sanguinis puritas quanta maxima ad ea reparanda, quæ natiuus calor velut lima quædam exterit & consumit, requiratur.

Quid aliud igitur restet hominis intemperantis corpus, quàm malorum omnium receptaculum? quod ferrum, quod virus, quę ęgritudo, quę pestis tanta ei parere possit nocumenta? non si hæc omnia simul in eius cutem sese armarent, ad millesimam miseriarum partem, quæ volenti cudit, queant pertingere. Longè optabilius foret gladij aciem lethiferam excipere, Phalaridis immanes cruciatus, qui fulmine ocyus auolant, persentiscere, pestem ipsam, quæ aliquot dierum

dierum curriculo hominem corripit, subire, quam in crudelissimas illas Tyrannicæ ebrietatis manus prolabi. Verè tyrrannis est, quæ funditus illum, quem captiuum detinet, perdere decreuit, quæ mille mortes tum corpori, tum animæ machinatur, non leues, non fluxas, sed quæ duratione sua & acerbitate ad rabiem adigant, & in desperationis gurgitem demergant.

CAPVT II.

1 *Distinctiùs ebrietatis effecta recensentur.*

2 *Ingenio officit.*

3 *Apta 4. qualitatum temperies ingenium acuit, perturbatio retũdit.*

4 *Siccitas tamen nonnihil excedat oportet.*

VErùm vt ea, quæ modò quasi coagmentata proposuimus, enucleatiùs exponantur, temulentiæ effecta sic quadrifariam distinguenda suscepi, vt omnia damna, quæ procreat animæ, quâ ratione prædita est, quâ sensus est principium, quâ vegetandi facultate pollet, complectar, non prætermittendo morborum radices præcipuas: nec enim omnes possum recensere.

Cùm fateantur omnes ingenium Principẽ esse animi facultatem, certè indolendum est per humorẽ illũ, quo totũ corpus, præsertim verò

vero cerebrum torpet ac ingraueſcit, eius vigorem conſopiri, retundi aciem, functiones planè præpediri. Congruentibus omnium Medicorum ac Philoſophorum ſententijs probatiſsimum eſt eum, cuius cerebrum magiſtris qualitatibus, vt vocant, eſt cõcinniſsimè temperatum, optimo ingenio iudicioq́; perpollere. Siquidem in pleriſq; nimius calor efficit, vt in iudicando rei pondera, & momenta non conſiderent, in deliberando vacillent, & in varias ſententias diſtrahantur flammæ non abſimiles, quæ nuſquam conſiſtens huc, illucque fertur: contra in alijs, quibus frigida nimiùm ineſt conſtitutio, torpor quidam & ſtupor innaſcitur omnibus animæ functionibus infenſiſsimus, vt non immeritò dixerint Philoſophi, *frigus non ingreditur opus animæ*, ſed potius eius facultatem hebetat, & plũbo reddit obtuſiorẽ: exuberante enim vigore ſeu humiditate gignitur ſanguis, quem melancholiæ, pigritiæ, veterni, ſtupiditatis ac ſtultitiæ parentem eſſe Galenus tradit, cũ ſcilicet ſpiritus alioquin agillimus, naturaq́; liberrimus ita in his humorum ſalebris hæret, vt vix poſsit emergere. Deſeruiebat olim verecundiæ ſtimulis Græcum adagium:

Ραχεῖα γαστὴρ λεπτὸν οὐ τίκτει νόον

Subtiles animos venter non gignit obeſus.

Eò crediderim Spartiatas collineaſſe, quibus latè protenſum abdomem modici ingenij erat argumentum dum Anchidem ventre collatiuo

latiuo turgidum ignominiæ ergo in senatorium consessum produxére: neq; ijs fuit satis à Lysandro acerbioribus monitis fuisse correptum, ni etiam perenne illi exilium, si in posterum sobrietati non studeret, minitarentur. Nec sanè iniuria: sapientissimè enim iudicabant Anchidis ingeniũ ac prudentiam Reip. alioqui perutilem pingui aqualiculo per intemperantiam excrescẽte paulatim attenuari & extingui. Et vnde, quæso, illi, qui siue amore virtutis, siue necessitatis stimulo adacti frugalitati dant operam, sagaciori sunt ingenio, acutiusque cernunt, quàm ij, qui quotidianis epulis & potibus se ingurgitant, nisi quia diuturnæ mensæ, ferculorum copia, dapes industriorum cocorum multiplici artificio elaboratæ, denique cyathi toties repetiti magnam corpori vniuerso, & cerebro potissimũm humorum affluentiam inuexerunt. Hinc turpe mentis damnum Venusinus poëta concinit aut, potiùs lamentatur: *Athenæus l. 12.*

——— *Corpus onustum*
Externis vitiis animum quoq; prægrauat ipsum,
Atq; affigit humo diuinæ particulam auræ.

Persius tantam animo hebetando vim tribuit humiditati, vt sentiat ventrem contra famelicum ac insaturum, vnde constitutio siccior existit, præbere picis, coruis, psittacis facultatem voces humanas atque adeo Græcas æmulandi.

Quis expediuit psittaco suum χαίρε?
Coruos quis olim concauum salutare,
Picasq; docuit nostra verba conari?
Magister artis ingenique largitor
Venter negatas artifex segui voces.

Nemini verò author sim vt nimiam siccitatem procuret sibi: cùm enim ea tangendi sensum, qui omnis cognitionis basis est ac fundamentum hebetet ac stupefaciat, verendum est ne eo cessante exercitia ac functiones aliarum facultatum vacent ac ferientur.

Quamuis autem dixerimus quatuor illas primarias qualitates velut in æquilibrio constitutas homines ad miram promptionem, vigorem, ingenij acrimoniam, iudicij maturitatem traducere: audio tamen à Galeno ingenium illud omnibus numeris absolutum effingi, quod ex quadripartitâ temperie ita est adaptatum, vt nonnihil siccitas excedere videatur: in cuius sententiam est cur propendeamus, quando videre est eos pueros in dies in rerum scientiâ prudentiaque cum ætate augescere, in quibus calor vitalis humorum redundantiam eatenus exedit, quoad siccorem temperationem fuerint adepti: cum è contra eosdem nimis aqueum cerebrum bestiolis, teste Aristotele, quàm hominibus reddat similiores. Dicam amplius: si ea esset Medici peritia, vt puero à teneris vnguiculis superfluum hunc humorem resecare posset: aut si natura id calidi &

humidi

humidi, quod parentes in generando impertiuntur, in frigidũ ac ſiccum, quę ad ratiocinandũ qualitates ſunt perneceſſariæ, valeret cõmutare, cerneretis infantes ab incunabulis ipſis non tam ad vbera quàm ad mel philoſophicarum, naturaliumque rerum, quas nullo doctore eloquerentur, exugendum aſpirare.

CAPVT III.

1 *Bene temperati cerebri etiam in beſtijs mira ſolertia.*
2 *Aranea ad texendum induſtria.*
3 *Formicarum cauta prouidentia.*
4 *Quædam canibus veluti rationis veſtigia.*
5 *Admiranda cuiuſdam canis fidelitas.*

QVID ab homine petimus, quod magis eſt in pecudibus demirandum? Illæ etiam æquabilis temperamenti, in quo nonnihil ſiccitas præmineat, fretæ beneficio, actiones & motus edunt rationi humanæ adeo conſentaneos, vt non defuerint Philoſophi, qui in ijs ratiocinationem vigere, non minùs quàm in nobis voluerint, ſolumque deeſſe inſtrumentum ſeu articulata verba, quibus ſuos conceptus enuntient. Quod qui aſſerunt auxeſi liberaliùs mihi ſanè vti videntur: potuerant mitiùs,

& veriùs dixisse adeo mirifica ab animantibus prodire, quæ nos etiam ingenuè fateri cogant saltem in ipsis aliquam rationis scintillam aut vestigium emicare.

Proferat in primis Dædalæam telam araneus nobile siccioris suæ constitutionis argumentum. Quot industriæ in vnum opus concurrunt? tam moderato vngue, tam tereti filo, tam æquali deducit stamina, vt breui tempore speciosam texturam nescio quo glutine sibi inuicem adhærescere conspiceris. Texere à medio incipit circinato orbe subtegmina adnectens maculasque paribus semper interuallis, sed subinde crescentibus ex angusto dilatans indissolubili nodo implicat. Quantâ arte celat pedicas, quàm opportunè muscas in scutalatum rete grassantes deprehendit; vt nulli maximo etiam venatori ars huiusmodi prædam in plagas includendi sit imitabilis. Rem, si placet, oculis vestris quorundam versuum recitatione planiùs subijciam, qui à tenerioribus annis, quod genuinè araneorum indolem referant, animo meo tenaciter inhæserunt:

——— *Vel araneus authòr*
Amplus erit, quæ cura viri, quæ cura marita.
Venatu mas quippe domum, parnosq; penates
Sustinet, augendis indulget famina telis,
Fila vomens vtero, iustam nam sufficit aluus
Stamine fœta colum sensim quam deniq; carpit.
Instar habet fusi pondus, quo Dædala filum

Detra-

Detrahit, atq; vno perducit læuè tenore.
Telæ contextum centro exordiuntur ab imo:
Hinc paribus spatiis distinctos circinat orbes,
Argutum dum claudat opus, dum licia pangat
Vltima, nexilium stat peruius ordo plagarum,
Ne tenues maculas violentior increpet Euius,
In cassesq; cadat melùs malè prouida musca:
Næ summas vi e musca breui pede contigit oras
Cum subito sensu medium mus acer in orbem
Euolat, implicitumq; rapit sine Marte volantem.

Eandem formicæ siccitatem sat, credo, vobis compertam, ideoq; etiam ineſſe quidpiam formica maius, quod an induſtriam, an ſolertiam, an prouidentiam nuncupem, an omnia verbo vno complectar, neſcio. Quàm accuratè Syrio æſtuante hyemis impẽdia præcauent, quàm ordinatim modicam ſuam meſſem in horreolis coaceruant, quæ ſi forſan ex longo ſitu mucidum aliquid aut rancidum oleat, illico cenſent aëri exponendam: quare grana & ſemina educunt, educta euentilant, euentilata madefaciunt, madefacta exſiccant, ſimileſque centum obeunt exercitationculas, quàs Aratus aſſerit pluuiæ eſſe prænuntias. Quid de præſenſione illa ac præſagitione, quam granis frumenti contricandis adhibent, referã: ab ea ſanè propè humanã prudentiam dixerim exuperari: cum enim ex ſubterranea humectatione concepta lenteſcant facilè ac molleſcant, fit vt ad germen propagandum paulatim aptentur: damnum hoc vt formicæ

prævertant extremitatem illam, qua solitũ est germen emergere seduloarrodunt. Sed hæc venustiùs versibus illis accipite:

Vt formica suo latitans caput extulit antro,
Dum sudi rutilant sole calente dies:
Inuisit denso flauentes agmine campos,
Et totas Cereris spe meditatur opes,
Respondetq; spei labor improbus, omnia feruent,
Feruet opus, feruet semita, feruet ager.
Non opifex, sed paret opus, nec onusta, sed ipsum
Paret onus: grana hæc, num gradiuntur, ais?
Et cordi est germanus amor, dum sana laborat,
Restat in vmbrosis agra foraminibus
Nec pigratur iners, messem sed in horrea condit,
Si quid & artifici germinet, ore secat.
O quanta hîc virtus, amor, & prudentia quanta est!
Vnica qua doceat te cata lingua deest.

Non est cur minùs canem siccitate etiam prævigente sagaciſsimum, ad sua peragenda quodam vmbratilis rationis ductu instigari iudicemus. Quo instinctu Plutarchicus ille, vas in naui contuitus olei semiplenum magnam lapillorum congeriem iniecit? an non huiusmodi ratiocinatione? cum lapilli oleo grauiores ad imum sint descensuri, necesse erit oleum ascendere, & ad vasis labra, meaque accedere: & dum feræ vestigia insectatus in biuium incidit, nonne à sufficiente partiũ enumeratione argumentari diceres? oportet feram, quam persequor, alterutram harum viarum

viarum decurriſſe : non autem hanc, quia nulla eius veſtigia ſubodoror, ergo alteram. Quid ad illius argumenti perfectam rationem deſideretur? Longior forem, ſi iſtius animantis actiones omnes, officia, ſenſationes, & plus quàm brutalem induſtriam vellem percurrere : etiam ſuper nacaneum eſſet eius fidelitatem, obtemperationem, vafritiem, patientiam, venaticos labores recenſere, cũ ea quotidiano vſu ſint vobis notiſsima.

Non tamen ſilentio prætermittendum quod noſtra ætate in Hiſpania in omnium luce atque oculis geſtum eſt. Illic mira factitabat Comitis cuiuſdam Alphonſi canis, quæ haudduhiè audientium fidem excederent, ſi non oculatorum teſtium authoritate fulcirentur. Hero fuit aſsiduus comes & quotidianum delicium, imò eundem cum ipſo tumulum ambire viſus eſt: vt enim vita functum ſenſit, dolore inconſolabili percitus ad triduum non ſolùm latrans & vlulans, ſed etiam ieiunus permanſit, quamuis certam in dies panis portionem ei legaſſet Alphonſus. Famuli manifeſta huius lethiferę inediæ ſigna ſubueriti in promptu remedium commenti ſunt non inefficax. Eorum aliquis defuncti veſtem ſibi accingens, corporeoſq; eius motus ac vocem ementitus, locum, vbi ſordidatus iacebat canis, ingreditur, nomine compellat, adblanditur, & moribundum varijs geſticulationibus ſic excitat, vt quaſi in gra-

tiam reuiuiscentis heri se pastu liberaliter refecerit: verũ vt sublatâ laruâ se illusum animaduertit, ad lugubres suas nænias reuersus est, & paucis post diebus interijt. famulusne vnquam domini sui necem maiori doloris sensu testatus est? posítne veracioribus lineamentis in quop am ratio adumbrari? Tanta est aptæ temperiei principe siccitate præstantia vt etiam pecudes ad ea, quæ supra captum sunt, promoueat: tantam pariter ebriosus ex humorum profluentiâ conscíscere sibi solet ingenij stupiditatem, vt nihil hominis præter speciem externam spirare videatur.

CAPVT IV.

1 *Cerebri partes tenues & subtiles esse oportet in homine ebrioso crassæ sunt & fuliginosæ inde hebetudo*

2 *Quidam à nimio vino in amentiam versus.*

3 *Contra caupones & Oenopolas, qui vinum aut cereuisiam mixturâ quarundam rerum adulterant.*

In Microtechnic. 1.

4 *Ebrietas memoriam confundit.*

5 *Memoriæ quanta necessitas.*

6 *Raræ memoriæ exempla.*

GAlenus dudum rari & singularis ingenij causas rimatus, non modò cerebrum con-

grua quatuor qualitatum tempetie excellere voluit, sed insuper ex subtilioribus partibus, nec aliqua mole crassiori compaginari. Huic proximè accedit Aristoteles, dum ad mentem acuēdam subtiliorem sanguinem requirendo, innuit alimenta, quæ tenuiores spiritus progignunt, magno esse limandis expoliendisque ingenijs adiumento. Quis verò non clarè videat ab ebrietate ex cruditatibus cibisq; indigestis chyloque imperfectiore pinguem atque crassam cerebri substantiam procreari? scilicet ita natura comparatum est, vt quemadmodum cereus à vorace flamma, aut à lychno ardenti oleum exsugitur, vt nisi superadditâ materiâ continuò foueris extinguitur, ita ad natiui caloris fomitē perpetim cōseruandum, vtque habeat circa quod versetur, & virtute suâ mirabili quidpiam in carnem, arterias, musculos, ceterasque partes à se prius exesas transmutet, quasi in supplementum noua semper alimenta suppeditamus. Si verò ipse flaccidus sit ac debilis (qualem in ebrijs, qui totius corporis habitudinem per immodicos potus, temperamento impensè frigido afficiunt, commonstrabimus) quî perfectè poterit conuersionem illam operosissimam præstare: cùm vt panis verbi gratia in carnem, in venam, in os commigret ingenti sanè calore ac virtute sit opus. Quare commutatione impura atque imperfecta existente, etiam corporeas partes recens productas *L. 2. de part. ani.*

pante ac tumultuante solitos 7. dies mille ineptias, milleq; stultitiæ monumenta edidisse. Nõ reticuit Græcia Cleomedem Spartiatarũ Regẽ, quòd Schyticæ libidinis æmulus palmam sympoſiacam ſuis præripere ſatageret, in amentiam verſum fuiſſe. Quidni popinones noſtri eodem periclitentur malo? ſi enim eiuſdem cum illis ſint farinæ, vereor ne idem ſtultitiæ libum ex eorũ cerebro conficiatur: quo enĩ priuilegio immunes abeãt nõ video.

Si vnquam vera ſibi à tam læuo aſtro metuerint, iam cum Oenopolarũ & cauponũ auaritia malitiaque nunquam aliàs fuerit peſtilentior, metuant neceſſe eſt: cùm alius vinum vt firmius inualeſcat, acoremq; (vti comminiſcuntur) fugiat, calce gypſoque permiſcet, cùm alius cereuiſiam lolio & ſapone atro adulterat, audetq; proteruè in ea Arſenicum macerare. Quid hęc omnia aliud niſi fumos periculoſiſsimos ad tenerrima capitis organa ſoluẽda exhalẽt? ſi verò ſigillatim maligne huiuſmodi mixturę prauitatẽ enucleem⁹, calx vtpote naturę igneę ac mordicãtis cũ acutiſsimis doloribꝰ ſtomachũ & vẽtrẽ pũgit, tũ guttur ac iugulũ aſperrimè afficit, tuſſim ciet, ac tormina, aſmatis labores, lotij ſuppreſsionẽ, & maximè ſitim accendit inſatiabilẽ: eoq; forsã collineat callidorũ cauponũ vafrities, vt exinanitis cadis crumena ĩpleatur. Agypſo etiã acerbiſsimas pœnas nec nõ præfocationẽ accerſiri author eſt Diol. & Gal. cenſet

L. 6. Simplicium.

per lo-

per lolium stomachum inflammari, pulmones siti ardere, obtundi caput, oculos obtenebrari. Sat nota est Arsenici virus perniciosissima, de quo hęc pręterea Matthiolus. Cùm reus quidam Pragæ iudicum sententia infaustæ cruci addictus esset, vt ceti pulueris, quem penes se habebat Ferdinandus Archidux Austriæ exinde Imperator, virtutem periclitaretur binas tãtum Arsenici sumpsit drachmas quibus è vino sumptis mox toto corpore factus est liuidus iamq; animam exhalaturus videbatur: mox Cæsareus puluis vino albo dilutus datur exsorbendus: tandem in tanto præsentissimorum venenorum conflictu antidotum solertis naturæ adminiculo fretum altero valentius euasit, & insecuta luce reum pristinę valetudini ac libertati restituit: Dum mirabilem arsenicum inter & puluerem illum antipathiam expẽdo, venit in mẽtẽ nostrorum hominum commisereri, quòd temulentiam ita depereant, cùm ipsa non minus quàm puluis ille Arsenico egregijs ingenij bonis aduersetur.

Verum quid memoriæ dotibus præclarius? hanc confundit temulentia. Quæ gaza locupletior? hanc disperdit temulentia. Quid cerebro diuina prouidentia ingeniosius architectata est? & hoc destruit temulentia. Ita enim mollem illam molem humectat, vt nihil memoriæ, quæ in eius postico sedem collocauit, mandari possit, scilicet in profluente quic-

te quicquid exprimitur statim oculos fugit: è contra aliorum cerebrum mirum in modum excalefacit, sicque indurat vt chalybis instar, qui sculpenti obstinatissimam duritatem suam opponens scalpri aciem retundit, & operantis manum defatigat, omnes memoriæ notas repudiet: deniq; spiritus vitales cogit, addensat, permiscet: quorum tamen subtilitas ad omnem rationalis animæ functionem est pernecessaria.

Adeone parui penditur nobilem huiusmodi facultatem, quæ non solùm ad litterarum cognitionem adipiscendam conseruandamq;, sed etiam ad rerum humanarum administrationem comparandam est instituta, penitus otiosam atque inutilem relinquere? Quoties præteritorum recordatio exempla, sanaque consilia ad imminentes Reip. labes præcauendas, atque ad hostium machinationes declinandas suggessit? Quid hominis inest homini, si memoria vacet? etiam

Si mores hominum, multorum & viderit vrbes, ea

etiamsi præclaras historias, & ad ciuilis vitæ moderationem accommodatissimas didicerit, etiamsi voluerit, reuolueritq; monimenta omnia, quæcata antiquitas posteritati scriptis consignauit; ad quid tantorum bonorum cumulus, si ea prorsus obliuione deleantur? Vix verò dici potest, quantis fœcunda, felix-bue memoria res humanas beet vtilitatibus. Optent alij rarum excellensque ingenium: malim

malim ego hoc in secundis tertijsue cõsistere, modò illa imprimis numeretur: siquidẽ efficit, vt homines in familiari congressu, in subsellijs, in pulpitis, in rostris portenta esse videantur: ipsa virum in aliqua dignitate constitutum toti populari coronæ veluti numen aliquod è tripode educit.

Quis non olim ac etiam modò memoriam Senecæ demiretur, qui 200. versus à totidẽ viris singulatim pronuntiatos tantũq; semel auribus acceptos prepostèrè inchoando fidelissimè referebat. Non minor fuit illa Cyri Persarũ Monarchæ, qui quoties lustrare vellet exercitum multitudine propè innumerabilẽ, quẽq; militem suo nomine poterat cõpellare: Cyrus Rex (ait priscus author) omnibus in exercitu suo militibus nomina reddidit, vt sine monitore exercitum salutaret. Quendẽ nostra ætate adolescentẽ è Corsica oriundũ triginta sex verborũ millia absq; vlla hęsitatione aut cespitatione, eaque etsi re ac significatione diuersissima, vel à medio vel à capite, vel à calce pro cuiusq; arbitrio repetentẽ nõnulli audiuere. Quid memoria laudabilius? quid glorioſius? quid mirabilius? Potest illa nobis etiã tacẽtibus ab Augustino, à Theodoreto centumque alijs sua præconia mutuari. Iure merito naturæ miraculum vocauit ille qui stupens quibus in loculis Seneca tantam versuum multitudinem reconderet ita cecinit:

Prô quam memoria est grande promptuarium!
Quis tot recessus verticis paruo dedit,
Vt Seneca verbis mille, mille versibus,
Non tam repente condus, ac promus foret.
Innumera Cyrus mente condit nomina,
Innumera tabulis ora pingit humidis,
Et tota modico castra clauduntur globo;
Quî fiat illud non capio: neq; hinc stupor:
Memoria tanta qua capit, non se capit.

Est aliud eiusdem poëmatium, quo præter mirficam eius virtutem, quàm homini ad agendum sit necessaria innotescit.

Memoria calamus est fidelis luminum,
Est agricolarum calculus, penus, liber,
Catalogus ingens temporum discrimina
Hominumq; gesta contegens fœto sinu.
Quæcunq; longa perpetem reddens diem
Miriade vidit Phœbus annosum iubar;
Quæcunq; noctiluca detexit face,
Obliuioso conderentur iam pede
Suis memoria scrinijs ni crederet.
Præterita nouit cum futuris nectere,
Nec non futura copulat præsentibus.
Hanc tolle vitam rimq;, tollis ingeni
Hominesq; & orbem nubilo denso tegis.

Quã ergo sedulo tẽperãdũ ãbi ab omni ingluuie, ab omni cruditate, ab intẽpestiuis poculis quæ thesaurũ adeo excellentẽ nobis improbẽ suffurantur, & hominẽ à præclarissimis naturæ dotibus nudissimum relinquunt, quæ ingeniũ, prudentiã, consiliũ, industriã compilant,

pilant, & concitatissimi torrentis instar omnes animæ facultates secum abripiunt.

CAPVT V.

1 *Potus immodicus sensus obstupefacit.*
2 *Ventriculus in caput fumos exhalat. inde per vniuersum corpus resoluti defluunt.*
3 *Ab excrementis cerebri in organa sensuum zeuntadistillant.*
4 *Inde morborum origo.*
5 *Circa hanc rem quædam expediuntur.*

VErumenimvero, quæ detrimenta ex hoc pestilentissimo fonte in animam 5. sensuum ministerio adlaborantem deriuentur, videamus, statuamusque fundamentum, è quo tota ægritudinum moles ab ebrietate extructa consurgat. Considerastis aliquando quo pacto ignis florum herbarumque fumos ad supremum vsq; Clibani plumbei solùm exhalet, quo pacto illi vlteriùs aspirare non valentes ibi, cum propter continuum semper adnascétis vaporis supplementum, tum propter innatum plumbo frigus, & materiem aqueam Clibani summitati adhærentem, addensentur, ac denique abundè etsi guttatim in subiectum cyathum distillent ac delabantur?

Haud

Haud secus in ventriculo nostro se res habet: vnde natiuus calor, vini fumos in cerebrum expirat, quod cum sit frigidiusculum, eos cõspissat, qui deinde resoluti, ac suo pondere ad inferiora vergentes defluunt modò in compactiones, atq; ita naturæ operatricis beneficentia præpeditur, modò in aures modò in odoratus organum: nec ibi sistunt, sed promiscuè in neruos, in stomachũ, in pulmones, in præcordia, in cetera membra quantumuis exigua sæuiunt atrociter: & quanto magis ventriculus escarum potusque farragine oppletus fuerit (qualis esse solet ebriorum similis clibano densa herbarũ copia turgescenti,) tanto maior etiam erit fumorum abũdantia, qui vbi se ad cerebrum aggregarint, ad sensuum exteriorum organa dimanantes agendi vim reddent imbecillem.

Ex hoc vno fonte rheumatum stillationumq; primaria causa peti potest. Nam cum exploratũ sit humani cerebri molem ingentem esse, & proportione ad corpus habita maius quàm vllius alterius animantis, haud dubiè alimento eget plurimo: nec propterea mirum, si se egregiè reficiendo, multumq; sanguinem, quem in se transformet, exsorbendo magnam vim excrementorum eijciat, præsertim, si aliunde infirmitatem aliquam contraxerit, si copiosiori, aut non congruenti naturæ suæ pastu abundet: si porro excrementorum redundantiã minimè oneretur, facilè

ijs se eximit, & in meatus in hunc finem à sapiente natura excogitatos transfundit: si autem plus æquo exuberant, foras emergant, & in meninges seu eius inuolucra per occultos venarum sinus influant necesse est. Quare fixum ratumque sit, quando cerebrum per nares minimè repurgatur, rheumata & graues capiti dolores esse subeundos: vnde peritus nostra ætate medicus non insulsè dixit, *qui foris splendent, sæpe intus sordent.* Præterea excrementitiũ illud nonnunquam in superiore capitis gyro sub ipsius cute verticis quo venarum extrema faciem temporaque peruagantia pertingunt, exoritur: & quotiescunque illæ stipatiori aliquo humore farciuntur, ad eandem pellem excrementa transmittunt, quę cũ pinguiora sint ne foras vaporare queãt necessũ est ibi cõcrescere, multa & tubera, atq; ateromata cieri, vt etiã pellis à cranio discedat

Atque hanc ex Fernelio doctissimo viro habete originem ac fomitem rheumatum seu fluxionum à priscis medicis minimè obseruatum. Turmatim verò ruunt ipsę in prominentiores corporis partes, oculos, maxillas, dentes, collum, humeros, bracchia, tergum, renes, coxendices, crura, articulos, vt non immerito podagra, chiragra, & omne seuerius malum sese ab hac stirpe infelici prognatum agnoscat. Non desunt alij maligni humores, qui è cauernosis cerebri sinibus sub caluã latitantibus defluunt, defluuntque ad intima

corporis

corporis non ſine incredibili laniena & acerrimo doloris sẽſu: ſi in ora neruorum labuntur, ſubito apoplexia, paralyſi, ſtupore, ac tremore artus corripiuntur: ſi in ſenſuum organa, mox aut ſurditate, aut cęcitate, aut cõtinuo aurium tinnitu, aut odoris deprauatione quis afficitur: experimento ſit Dionyſius Siciliæ Tyrannus, qui per frequentes calices oculos extinxit ſibi. Si gutturi & aſperæ arteriæ eadem fluxio inceſſat, rancęſcunt fauces & angina premunt ur: ſi pulmonibus inſideat, naſcitur tuſsis, phtiſis, aſma, cruditas, alui profluuium, tormina, diſenteria: ſi in hepatis venulas ſe inſinuet, ibiq́ue coaleſcat, obſtructionibus corpus impedit vniuerſum.

Quis igitur non videat humorum affluentiam, quam cerebrum ex ebrietate & intemperantia ſibi comparat, mirificè ſenſuum organis officere, & infinitis ægritudinibus viam ſternere? Ad quid comeſſatores illi tantum commeatus in culinam ſuam interiorem important, ſi illa concoquendo non ſufficiat, videant qualem malorum catenam contexant ſibi. Chilum imperfectũ, generãt, chilus imperfectus in hepate ſanguinem vitioſum; vitioſus ſanguis ſpiritus impuros, obtuſos, fuliginoſos hi alimentum penitus inſalubre. Fruantur ergo ebrioſi ſua concoctione, ſed mancâ, ſed impurâ, ſed morbiferâ: quandoquidem ſcientes videntesq́ue tot

CAPVT VI.

1 *Vino onustus omnia perturbata & confusa cernit.*

2 *Hallucinatur inter loquendum.*

2 *Calidum est vinum contra quorundum opinionem.*

QVamuis è Physico Lycæo potiùs, quàm è Medicorum latebris hisce quæstionibus lumen sit petendum: tamen philosophicam cognitionem etiam amplectimur, & potiori iure, quàm poëtæ, quos video illam primam vini fallaciam innuisse: vti Horatius. l. 2. Satyr. 1.

Quid faciam? saltat Milonius, vt semel icto
Accessit feruor capiti, numerumq; lucernæ.

Et Iuuenalis:

Et geminis exurgit mensa lucernis.

Nescio vtrum illi rei satis reconditæ medullam philosophando penetrarint: siquidem ex Aristotelicis problematis discimus feruidis vini expirationibus ita cerebri symmetriam concuti, vt nerui optici, qui inde ad oculos pertingunt, nonnisi tremulos spiritus secum deuehant, qui cùm fixè rei conspectæ insistere nequeant, imagines irrequieto visus organo repræsentant multiplicatas: adeo enim propera agilisq; est illa motio, vt quod ebrius secundò videt, fingat se vno eodemq; intuitu videre, ac in duo disparata ferri. Ex ipsis expirationibus colligit Auicēna binos il-

los neruos, sed tenues conspissari; &, quia vnus altero dēsior, altiorq; exurgit, radios visibiles nō æquali tramite ab vtroq; oculo proficisci, & ideo rerū cōspectarū imagines ab eisdē seperatim recipi. Posset respōderi clariùs & forsan veriùs. Tota ratio & basis, cur cū gemini sint oculi rē tamē geminatā minimè conspicētur, est quod per eandē videt lineā. Cū ergo in ebrio per expirationū motitationē nō æquabiliter moueatur acies, sed modò attollatur, modò deprimatur, certū est nō eadē linea in rē obiectā tēdere, & pro ratione eleuationis demissionisq; oculorū imagines ad amussim obiectari: quę etsi idē pupillę videndū offerāt: tamē propter dissitam vtriusq; globuli aciē quasi locis distinctū repręsētāt, exq; distincta locorū repręsētatione res vna geminatur intuenti: nā visio non tam à re obiecta, quā ab imaginibus dependet, & quales imagines, talis ipsa sit oportet: Ex ijsdē principijs probē intellectis elici potest causa curōnia temulētis in gyrū agi videātur, ipsiq; ex vertigine laborēt:

Alteri quęstioni etsi Aristoteles in suis problematis lumē addere videatur: dicā tamē cū nostris medicis verba & voces præcipitanter nec articulatè pronūtiari, vel propter linguæ breuitatē, vel nimiā spissitudinē, similiaq; impedimēta: sed quid ni etiā dicam? humorū redūdantiā, quę à profuso potu cerebroque humido ortum habet, ebrijs balbutiem & ridiculam in verbis cespitationem conscisceret

Nam-

Namque nerui, membranæ, musculi, venæ, colli, & partes eæ omnes, quæ articulandæ voci deseruiũt humore superfluo imbutę linguam præpediunt, quò minus sermones suos distincte efferre possit: eã modò retinent, modò tremulam reddũt, vti & corpus vniuersũ.

Quoad alterã de vini qualitate dubitationẽ non equidẽ ignoro nonnullos cõtendere, impendio frigidum esse: tamen cũ ijs reclament Homerus, Hesiodus, totaq; medicorum antiquitas, qui suis epithetis ardorem, vstionẽ, ignemq; illi inesse commõstrant, non possum quin repudiatis alijs veterũ authorũ sentẽtijs velificer. Ita quippè Hyppocrates l.2. de dięta, Dioscorides l.5.c.39. Ita Galenus l. de temperamentis & l.8. simpliciũ. Ita Plato in Timæo l.2. de legib. qui vetuit pueris dari vinum donec procul ex ephœbis excesserint, ne forsan ignis igni adderetur. Non incassum medici nostri omnibus, qui suę valetudini consultum velint, persuasum cupiũt, vt merũ insigniter aqua diluant, quò eius feruor mitescat, & acriores stimuli retundantur. Hinc apud pleraſq; gentes, quibus nonnisi à vite quotidianus est potus, semper, vt ait ille, *Thetὺ est permista Lyæo*: quin & in gasconia & in prouincia ita in calice abũdat aqua, vt vix latus digitus vino relinquatur. Quid ex his efficias aliud, quàm in eius venis quasi quædam ignis semina inesse? Porrò Galenus l.3. de temperamentis dubitationem vestram explanat,

nobilissime Princeps, dum scribit vinum etsi natura calidum, tamen ebriorum more absq; modo haustum intemperantissimè artubus tremulum quidpiam ingenerare, & natiuum calorẽ nõ secus ac focus exiguus magna lignorũ strue superiecta obruitur, extinguere. Sibi testis esto vinolentus, dum corpore nescio quo frigore hebescente domum repetit, cerebro langueſcente, neruis planè obtusis.

PRINCEPS. O faustum nobis Oedipodà non solùm è Medicâ, sed etiam è Philosophicâ cortinâ prodeuntem. Vti video nil elegans aut doctum te fugit, nec etiam, quæso, nos fugiat damnorum cognitio, quæ altrici facultati seu vegetatiuæ ex eodem ebrietatis antro obuenit.

CAPVT VII.

1 *Crapula nutritionẽ, accretionemq; corporis retardat.*
2 *Vim etiam generandi effœminat.*
3 *Quo sensu accipiendum Deum esse liberorum authorem.*
4 *Deus 4. habet claues, quas nemini tradit.*
5 *Cur pauperes multa prole fœcundi.*
6 *Hollandia Comitissa 366. vno partu enititur.*

MEDI-

MEDICVS. Cùm Philosophi ac Medici omnes triplicẽ animæ ísti facultatem tribuant, nutriendi, augendi, & sibi simile generandi: ijs omnibus & singulis temulentiam insidiari lubens commonstrauero. priorem quidem iam satis liquet natiuo calore deprauato (cuius præsidio conuersionem alimenti in partes aliti fieri vidimus) plane deteri & perire, quando ipsa in causa sit cur cibus in ventriculo fluitet, & ad cæteras partes incoctus trãsmittatur. De accretione, cũ nutritioni omnem vim suam referat acceptam, nihil peculiare dicendum videtur: si enim accrescit nihil, nisi quod alitur, non potest illa vni, quin & alteri aduersetur. Nec verò esset operę pretium isti facultati immorari, cuius in homine binas annorum decades superante omnis vacat vsus: iam enim statura supremum culmen adepta est, iam ossa prę duritate exporrigi nescia, altius nequeunt aspirare, pingueſcet quidem corpus, dilatabitur, lacertosius existet: at non illud accretionis, sed nutritionis beneficio consequetur. Illa namque tres ipsas dimensiones complectitur, tum verò præsertim altitudinem, quã quidem pueri oculis nostris exhibent exploratissimam, cum secundum Aristotelem priori quinquẽnio eã exęquẽt proceritatẽ, quam allaturi sunt omnes anni consequentes.

His ergo duobus prætermissis ad magis commune bonum, quod ad generis humani

propagationem tantopere confert, accedamus. Multam hic viri nobiles, perniciem à crapula cudi video, qui si singulatim enucleanda sit, cernetis profusa illa pocula quasi inũdantes fluctus omnem generandi vim abripere, vel fœmineam aliquam stirpem producere, & quasi ad littus proiectare, atq; adeo familiæ extingui nomen; vel si mares generari contingat, eos deformes, prauo corpore, & insignes paternæ intemperantiæ imitatores existere. Ac in primis nullum huius causę acriorem vindicem quàm Aristotelem volo.

Cùm notum sit optimam portionem, quam parens gignendo filio tribuit tum è corde, tum præsertim è cerebro fluere: censet ipse concinna eius symmetria & æquabili temperie confusa ac dissoluta, omnem generationi viam præcludi: actum agerem si eius cladem ab intemperantis humoris affluentia inferri solitam rursus exponere contenderem. Satis superque illud modò ventilatum est. Postquam idem Philosophus l. 2. de generatione animalium c. 2. pluribus commonstrauit filios ęquè ac filias ex aluo lęsis organis steriles prodire, rationem non lenem adstruit, cur ætate iam prouectiori generandi vim effœminatam retineant: *Alys*, ait, *in processu ætatis idem accidit effectus propter corporis nutricationem pleniorem, mulieribus enim pinguioribus factis, virisq; corpore valde obesis, excre-*

crementum seminale in corpus absumitur: itaque fit vt illis menstrua desint, his genitura.

Verùm dicet intemperans aliquis, ab authore naturæ liberi vel donantur, vel denegantur: fas ergo sit mihi aut sobrium aut ebrium esse, quando prolificam manum mihi diuina occluserit bonitas. Non adeo sacrarum litterarum me rudem aut peregrinum existimo, quin sciã fœcunditatẽ nõ sẽper à naturali fõte, sed etiã à diuino sic manare, vt nõnũquã ei⁹ riuuli sistãtur vel maiori hominũ bono, vel certè supplicio. Prudẽti sanè cõsilio voluit De⁹ fœminas oẽs è curia Abimelec Regis Aegyptij esse infœcundas: imo primęùis Iudæorum sæculis illa fœminarum lumina Saram, Rebeccam & similis sterilitatis nota inurere non dubitauit. *Ipse*, ait Dauid, *habitare fecit sterilem in Domo matrem filiorum lætantẽ.* *Genes. 20.*

Didici in concione quadam insignem admodum explanationem è Paraphraste Hierosolymitano hausta, quâ facunditatis donum non solùm è naturæ principijs, sed è secretiori adyto depromi, penitusque à diuino arbitrio pendere narrabatur. *In cap. 30. Genes.*

Siquidem ipse quattuor claues manu continet, quas nec Angelis, nec Archangelis, nec Seraphinis, nedũ cuipiã mortali vnquã tradidit. Claui vnâ pluuiã, nubem referat, alterâ terræ sinum, quo animantibus alimenta suppetant, alterâ tumulos quatriduum & amplius olentes, postremâ deniq; materna

terua viscera, quæ si per temporis angustias, liceret pulchris illustrationibus tum è Deuteronomij capite 28. tum è Psalmo 44. tum è Geneſis capite 30. & Ezechielis 37. petitis adornarem; sed postremæ inhærendum duxi veluti primariæ, quam ipsimet Ethnici diuini prorsus muneris loco reponebant: *Partus*, ait Plato, *diuinares est*, *& quamuis in mortali semper fiat animante, tamen & prægnatio & genitura ab immortalibus est.* In Sympos. Ast huiusmodi donum est, vt certum sit vltatas naturæ vias rationesque à Deo minimè innouari: semper ipse res creatas circa ea, ad quæ sunt institutę, quibusque producendis non sunt impares, versari permittit: & quemadmodum earum exercitationes non remoratur, sic nec maiorem ad agendum vim & facultatem largitur, quam à natura sunt consecutæ: opportunè sese in operis societatem veniendo, ad captum cuiusque solet adaptare, vt firmiter gradienti rectum conferat adminiculum, claudicanti verò nonnisi mancum ac debile. Videant ergo vir ac fœmina quam opem à diuina illa manu emendicent: ita equidem se res habet. Si generandi polleant facultate, ab ipsomet instanti, quo præcipuè infantis partes coagmentatæ sunt, vel, vt dicimus, organisatæ (quod scilicet mari quadragesimo, fœminæ vigesimo die obtingit) è vestigio Deus animam creat, tonelloq; illi corpusculo quasi consorti congruentissimo infundit, & mira-

mirabili vinculo adglutinat: ad quod patrādū profectò, si progenitores partus impotes essent, vel si ex naturę errore aliquo, massa quępiam indistincta loco fœtus existeret, nunquam adduceretur. Ecce quo pacto Deus Opt. Max. sterilitatis ac fœcunditatis author est: habent hîc parentes, quod culpent non operis eius consortium, sed crapulam suam, sed pastus potusq; profusissimos, per quos se sua sponte ea voluptate abdicant, quâ iucundissimè fruuntur cęteri, dum suam imaginem in prole expressam perfectissimè contemplantur.

Quid hodierna die dolendum magis, quàm plurimas nobilium familias matrimonij fructu eximio frustrari? Huius calamitatis originem dum penitius scrutari aggredior, non possum quin persuasissimum habeo productiores mensas, luxum ferculorum, mollia aut generosa illa vina nō tam sitim quàm gulam & palatum prouocantia, ciborum varietatem, quos artificiosa coci manus mille modis instruit, gastri margiam deniq; damni huius incredibilis esse causam & procreatricem: hac ipsi viâ numerosam prolem inuestigant, toto errant cælo: nec potientur optatis priusquàm de esculentis poculentisq; suis superflua resecuerint, prius quàm ad moderatam viuendi normam se receperint, prius quàm ignauiam & veternum egregio labore excusserint. Huiusmodi delicioſos homines ad egeno-

genorum casas & tuguriola lubenter amandarim, vbi mensa perfrugalis, vix cibario contecta pane, vbi quis nonnisi à sudore plurimo admittitur ad vescendum: interea liberorum quanta multitudo, vix tecta capiunt, & sæpenumero plures in lucem prodeunt, quàm è marsupio argentei.

Quid causæ fuit, cur populus Israëliticus in Aegyptijs pistrinis segetis vberrimæ instar soboleseceret? Quid enim aliud innuunt sacrę paginæ verbis illis: *Quasi germinantes multiplicati sunt*, quam propagationem hanc non vsitato hominum more sed fructuum agrestium, in quibus granum vnicum centuplicato fœnore satorem suum cumulat, succreuisse: quod non sine auxesi dictum autumarem, ni Theologus quispiam solertissimo vir ingenio rem totam nobis nuper clarissimis argumentis edisseruisset. Colligebat ipse ex numerorum capite 1. aut 2. ni fallor, anno primo, quo Aegyptiacis ollis nuntium Israëlitæ remisêre, censu eorum militum, qui ex ephœbis excessissent, habito conscripta fuisse sexcenta & amplius capitum millia: sed hoc parum, cum tribus Leuitica, è qua amplissimi sacerdotij collegium conficiebatur, hanc nomenclaturam non subiret, nec pariter censerentur pueri, iuniores, senes emeriti, mulieres, è quibus omnibus ingens adhuc numerus accedebat: tum temporis enim polygamiæ

misæ frena impunè laxabantur, atque etiam eorum plurimi annorum centuriam assequebantur. Qui enucleatius hæc, quæ dictasunt, expenderet, posset nec temerè meo iudicio affirmare hanc multitudinem amplius ter decies centenis hominum millibus constitisse.

Quis non stupeat è tam paruis initijs (solummodo enim sex & sexaginta, è Iacobæa domo in Aegyptum se receperant) familiam adeo copiosam emersisse? Quis non stupeat 215. annorum spatio, quibus inibi domicilium fixêre, spem Abrahamiticam expleuisse? Verum quæ portentosæ propagationis causa? quæ ratio?

Cur Aegyptiacis timor & tremor incubet armis,
Sitq; hostu factus, qui prius hospes erat?
Terga onerat Phaaro, dextrasq; ligone fatigat,
Sed facit infractos pœna laborq; viros.
Obdurant, duris vt tunsa bipennibus ilex.
Ex ipso ferro ferrea sumit opes.
Obdurant, gemit vt nullo sub pondere palma,
Quam magè lambit honos, quò magis ambit onus.

O allia, ô cepe, ô iciunæ dapes, ô humeri sub onere gementes, ô lacerti improbo labore fessi, quàm fertile estis generis humani seminarium! quàm appositè spē Pharaonicam truceſque animos fefelliſtis, & edocuiſtis meliùs aliàs esse philosophandum.

Venit

Venite, aiebat ipse, *sapienter opprimamus eum, ne forte multiplicentur, & si ingruerit contra nos bellum, addatur inimicis nostris. Sed quanto magis* subdit scriptura, *opprimebat eos, tanto magis multiplicabantur, & crescebant.* Non magis hoc speciosо, vti parebat, consilio profecit, quàm si luculentum ignem restincturus, magnam olei vim superiniecisset: nam per frugalitatem, comitemque laborem nescio, quę ad generandum propensio & facultas corpori inolescit. Quot similes historias tũ nostra, tum priora secula possent producere, quibus liquidò cerneretis eos maritos, quorum vxores sex septemuè proles vno partu enixę sunt, non genio indulsisse, sed potiùs, cùm è fece populi essent, victum exiguum quotidiano labore ac sudore comparasse.

Non dubito quin hîc mihi aliqui Margaritam Hollandię Comitissam obijcient, cuius res gestę apud Delphenses omni fide sunt
Anno 1376 maiores: illa, aiunt, omnibus delicijs diuitijsq; supra modum affluebat: nec tamen 366. fœtus partu non iterato emittere destitit, quamuis exiguo mure vix grandiores: & quidem cõstat omnes non ante perceptũ sacri baptismatis beneficium vitã posuisse. Non possum quin magni miraculi loco illud reponam: sed nobis rerum naturalium causas inuestigantibus aliud dicendum occurrit, quod spero, si priùs portentosi partus seriem à capite arcessiuero, à fide non alienum fore Battaua quæ-

piam

piam Margaritæ per ciuitatem ſpatianti non minori liberorum, quàm ipſa famulorum agmine ſtipata obuiarat: atq; vti mendiculorum genus facilè dicterijs patet, Comitiſſa eam huiuſmodi conuitio peſtrinxit: hac ſatis ex frõte perſpicio: non vnius parentis iſti ſunt filij. Mendicula, aſt animoſa non tulit, hac turpi nota ſuam calamitatem cumulari, & Deum obteſtor, ait, qui tibi numeroſam adcò prolem procreet, vt ei fuſtentandæ impar ſit omnis ager Hollandicus. Auſim igitur dicere formicoſum illum partum, ſi egenæ mulieri obtigiſſet, non tantam miraculo vim daturum fuiſſe, cùm duris & tenuibus eſcis aſſuetum corpus miraculoſæ huiuſmodi multitudinis longè ſit capacius, quàm cupedijs & mollibus vinis effœminatum.

CAPVT VIII.

1 *Intemperantes filias maximè procreant.*

2 *Ante diluuium innumeræ prope filiæ. cur?*

3 *Vinolenti proles etiam vinolenta redditur.*

4 *vel certè imperfecta aut manca.*

5 *Matris intemperantia natis plurimum incommodat.*

6 *Quos præcipuè morbos victus intemperans producat.*

ALterum modò à me propositum mẽbrum, quo intemperantium familias fœmineo potius marcere sexu, quâ masculo, & generoso reuirescere deplorabatur, haud difficile erit quotidianis experimẽtis & scripturis cuiusdam nobis cõtemporanei authoritate firmare. Tradit ipse Venetijs inito ætate sua capitum generali censu ẽ triginta duobus supra centum millibus, longè potiorem partem fœminas tenuisse, piosque plurimos indoluisse, quòd ita procul ab innocentiæ statu, in quo virorum ac fœminarum portio æquabiliter mundo obtingebat, recederetur Quantus porrò dolor, ærumnaq; nobilibus inceſit viris, dum mensas suas hoc infirmio-

ri sexu

ri sexu, circumcingi & obsideri vident, intus & in cute lamentantes generosiorē sibi deesse prolem, quæ potiùs aliquando ciuicos muros, quàm mensam obsideat, quæ venationis, rei bellicæ, & præcipuè virtutum exercitationibus sese laudabiliter dedat, vt suaues laborum suorum fructus, quos bene exculta iuuentus ferre solet, possit aliquando metere, atque adeo paterna munera & dignitates tum in principum aulis, tum in Rep. non minori cum honore, quàm emolumento adire. O quis eum doloris sensum quem in animo concipiunt, possit verbis exprimere, dum recursat inclyta maiorum prosapia, dum fumosæ imagines altam familiæ canitiem exhibentes oculos ingrata recordatione percellunt, quādo vel ipsam collabascere, vel in colum fœmineumque furculum desinere oporteat, ac proinde nescio cuius generi nomine insigniri, generi, inquam, fortasse obscuri, aut saltem in longè inferiore nobilitatis gradu collocati. Verùm intemperantiam suam nimiamque mensarum lautitiem redarguant, & meliori fruge emendare nitantur.

Ea ipsa intemperies in causa fuit (siquidem mihi licitum est omnia, quæ ad rem propositam faciunt, præsidia assumere, atq; etiam, ea à scripturis sacris mutuari) cur ante vniuersalē eluuionē filiab. plena esset omnia: huiusmodi quippe nota afficitur illa tēpestas cū

multiplicati eſſent homines ſuper terram & filias procreaſſent: nõ quòd prius filias minimè procrearent, ſed quòd per eorum infanas libidines & ingurgitationes debilior ille ſexus abũdantiſsimè germinaret. Si Philoſophos adeamus, docet Ariſtoteles *l. 4. c. 2. de generatione animalium*, nihil aliud à corporibus humidis, & effœminatis expectandum: *Et ſemina humida*, inquit, *magis quàm ſicca hoc idem faciunt: hæc enim omnia euenunt caloris inopia naturalis.* Si medicos; tam verum id eſſe, quã quod veriſsimum, affirmabunt. Hippocrates egregiè ſcythicos Satrapas ſuſpendit naſo, quòd, cum nihil maſculum, quia molles & bibaces progenerarent, illius beneficij promerendi gratia Dijs libare decreuiſſent: ſcitote, inquit, iſti vitio remedium non à ſacrificijs, ſed à moderato victu, & laborioſa corporis exercitatione petendum eſſe.

L. de aere, locis & aquis.

Maſcula non ſunt hæc, quæ tempora ducitis ipſi,
Germina non igitur maſcula parturient.

Sed quid è Sapientium libris rem teſtatiſſimam quærimus, cùm illam vobis liceat in infima veſtra plebe & mancipijs quotidiano intuitu legere, quorum plerique virili & neruoſâ plus ſatis abundant, nec id litando Diuis, ſed naturæ, quàm inſigni parſimoniâ, & multo opere excolunt, meritò conſequuntur. Iure Fornelius ſexus diſcrimen

crimen ipsum parentum habitudini, nec non primarijs qualitatibus, quas fœtui procreando communicant, tribuit, vt si calor & siccitas nonnihil excedant, marem; si frigidum humidumque primas teneant, fœminam emergere necesse sit, congruenter scilicet Venusinis illis versibus: *L. de Hom. procreat. c. 12.*

Fortes creantur fortibus & bonis:
Est in iuuencis, est in equis patrum
Virtus, nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam.

Multa satis superque de illis qualitatibus modò edisserui, satis humidam cerebri regionem peragraui, velim solummodo ista gulæ mancipia, istos meri gurgites suam miseriam tam altè imbibere animo, quàm vinum ventriculo. Cótétine sint forsan fœmellis imperfecto plane genere, quod natura, quæ semper in simile sibi, & in perfectiorem sexum collineat, vix producere dignatur? contentine sint *animali occasionato, & mare laso*, vti vocat Aristoteles, quasi virium eneruatarum & ad perfectiora niti non valentium reliquijs. *L. 2. de generare. anim. c. 3.*

Velim eos præterea animum ad vitia & deformitates, quæ in parentum voluptuariorum libros transfundi consueuerunt, attendere. Plutarchus insigni dogmate viam sibi sternens ad ea, quæ de varijs maleficorum criminibus petebantur, magnum inter quod genitum est, & illud quod artificis manu pro-

ductum discrimen intercedere contendit : hoc enim actutum ab artifice separatur, quia per ipsum non ab ipso factum est. Quod autem genitum est, genitori substantię suam acceptam refert : & cum aliquam eius portionē quodammodo sibi vēdicet, natum est eisdem affectionibus & appetitibus esse obnoxium, natum est sæpius paternorum vitiorum ex asse hæredem esse. Vnde porrò illa toties Latinis Græcisuè decantata, *mali corui malum ouum. Patrem sequitur sua proles: non etenim exsquillis nascitur rosa?* Et saltem non pessimè se res haberet, si, filiorum nequitia paternam minimè exuperet, cum plus verisimile sit illud Horatianum:

Aetas parentum peior auis tulit
Nos nequiores, mox daturos
Progeniem vitiosiorem.

Et illud Senecæ in Thyeste:

Neu succedat auo deterior nepos,
Et maior placeat culpa minoribus.

Et Despauterius non minus verè quàm Grāmaticè

A nequam nequior exit.

Si forsan euenit prolem virtute sua, innatam in vitia procliuitatem à patre velut hæreditario iure transfusam supprimere ac peruincere: postea tamen videre est pronepotes, ni sibi vim aliquam adferant atauorū prauitate redolere, in eorumque vitia quasi postlimi-

nio

nio prolabi nõ secus ac verrucę, notę genitiuę, nigrantesue maculæ, quæ fuerunt in progenitorum corporibus, etsi proximè natis non adhæreſcant, non ijs tamen posteri sunt immunes. Tanta est generationis virtus, tanta efficacitas, vt non solùm causa sit, vt aliqui sint & exiſtant, sed cur insuper autor vitiositatem, quâ fuerat inquinatus, naturali quadam deriuatione transcribat, id tam commune est omni hominum generi, quàm quod communissimum. Solumne ergo ab ebriosis progeniti degenerarẽt: haud sanè crediderim: non alio argumento Diogenes iuuenem comessabundum detexit, cum diceret: *Amice mi, dum te genuit parens ebrius erat*: non alio etiam Martialis Catullum: L. 6.

Non miror quòd potat aquam tua Bassa Catulli,
Miror quòd Bassi filia potat aquam.

Penè exciderat è manibus alter quæstionis nostræ articulus indicans vinolento prolem sæpius prodire mancam, impolitam, neque solitis compactionis humanæ numeris absolutam, Non inusitata loquor: dogma est antiquum, simul & nouũ: nouũ quia vsu quotidiano patescit; antiquum, quia Platonis l. 6. de legibus vbi maritatis vino penitus interdicit, vel si abstemij omnino esse nequeãt, suadet saltem, vt matrimonij lege nullo prægustato calice vtantur, quod ita manet exploratum, vt nullus è tota Medicorũ & Philoso-

phorum schola reclame. Legite, si placet, vel Hippocratis de superfœtatione librum, vel Aribasium Sardianum l. 1. Emporiston. c. 22. vel Aristoxenem Pythagoricum, cuius meminit Stobæus c. 99. & alios complures legite, & quantùm generationi inimica sit hæc bellua, mecum obstupescetis.

ET Quamuis multa sanè incommoda à temulento patre in liberos, longè tamen plura à matre, quæ eodem vitio laboret, deriuantur: si quidem in eorum corpus, vt pote malè affectum & constitutum morbi cateruatim confluunt: torpent lacerti, genua labascunt, ingenium rude litterarum, ac indocile planè redditur, nulla ad bonos mores animositas, nullus ad rem bellicam stimulus, scilicet ad colum potius, quàm ad arma nati videantur: & ne hæc à me perfunctoriè expensa, aut temerè dicta cogitetis, venio nonnisi amplissimo fretus sacræ paginæ testimonio. Audite verba ipsissima, quibus Angelus vxorem Manue alioqui infœcundam compellat. *Sterilis & absque liberis: sed concipies & paries filium. caue ergo ne bibas vinum ac siceram, nec immundum quicquam comedas. Peperit itaq; filium,* (cum scilicet mandatum Angelicum ad amussim seruasset,) *& vocauit nomen eius Samoson. Creuitq; puer, benedixitq; ei Dominus, vt sibi comparem non habuerit.*

Iudic. c. 13.

Bissent Alcides tollantur ad astra labores,
Et fictus spolijs prisca triumphet anus.

Omnis

Omnis Manuida ludus labor iste fuisset:
Nam toto crinis Hercule maior erat.
Agmina mille fugat Sampson, mille agmina cadit,
Et cadit solo milite mandibula.
Mandibula ecquid agis? tu lance reponis eâdem
Mandere mille fabas, mandere mille viros.
Huc ferat & ventres Briareus & Bracchia cētum.
Vnica bellabit dextra centimanum.
Ipsa stupet valuas à cardine Gaza reuelli:
Ferrea num carni pondera, plumea sint?
Portarum gerulus tibi si fors obuius esset,
Dixisses alas artubus esse duas.

Deniq; centum huiusmodi inuictæ virtutis eius monimenta scriptura memorat, quæ omnia non inficias iuerim potius à miraculo, quàm à naturę viribus exijsse: attamen etiam dicere ausim illam vitæ seuerius degendæ rationem, tum præsertim, cum vel inter viscera vel inter vbera gestabatur seruatam, & corpus optimo in statu collocasse, infantemque ad roboris dotem cœlitus hauriendam efformasse: videmus enim sæpenumero propter bonam naturæ indolem facilemque genium, Deo ita disponēte, grates insignes cœlestemque fauonium afflari. Quis nescit Ausonias Matronas potionis abstinentissimas, à mero velut à sacris abstinuisse, eamque ob rem naturam sortitas esse beneficentissimam. Quantam propterea gentem Imperio Romano pepererunt, viros quàm robustos, quàm pugnaces, quàm bellicosos, martigenas prope

omnes dixeris, qui porro sua prudentia, fortitudine & militari industria totius orbis, retumque principatum sunt consecuti. Non est quòd vlterius verbis pugnem in hunc generationis hostem capitalissimum: plura subijcerem, sed malim ea à bonis authoribus peti, quàm castis auribus parum consulere.

PRINCEPS. Verè castis auribus consuluisti, vir doctissime, qui, tam lubricam materiem inoffenso pede decurristi. Suggerit hîc mihi mens aliquot quæstiunculas proponendas, sed quia initum callem paras percurrere, in cœnam consultus differo.

MEDICVS. Ergo bona vestra cũ venia, viri nobiles, venio ad morbos verè mascula (si quę esse possint) ebrietatis germina, quibus nihil fœcundius pullulare crediderim. Ast modò pręcipuas tantum radices scrutari est animus. Hunc mihi aliquando catalogum pertexui, in quo primas tenebât phrenesis, insania, vertigo, cephalalgia, spasm°, paralysis, apoplexia, membrorum torpor, incubus, tremor, comitiale malum, ophthalmia, cæcitas, aliæque pessimæ oculorum affectiones, quas tredecim supra centum genere & natura discrepantes nostri medici recensent. Neq; hic finis, sed addebatur surditas, oris & labiorum depravatio, angina, astma, phtisis, peripneumonia, pleuretis, febris, modò continens, modò tertiana, modò quartana, cruditas morborũ, seminarium hydropsis, podagra, chiragra,

cholica

cholica passio ; dysenteria, calculus, & mille aliæ ebrietatis reliquiæ ipsa morte grauiores. Anne illa vita dicenda sit, quæ nec ad diem, nec ad horam acutissimis dolorib. est vacua? cui veluti in orbem succedunt catenati labores, quà tolerabilior foret vultur Tityi iecure immortale depascens. O miseri, quàm vile vobis sanitatis pretium, qui tam immanes cruciatus pro fluxæ voluptatis fœnore accersitis. Iam videor tabulæ, in qua temulentiæ damna depingenda initio susceperam, manum vltimam addidisse: Iam, credo, anima quâ ratiocinans, quâ sentiens, quâ vegetans, quot quamque mortifera vulnera sibi ab illa immiti Tisiphone infligantur, abundè persensit.

PRINCEPS. Longum sanè emensus est curriculum, quod tamen nobis rerum varietate definitis visum est perbreue. Et si te à meta reuocare non pigeat, scrupulum adhuc aliquem nobis velim eximi. Cùm arduum plane sit intra sobrietatis cãcellos sẽper se cohibere, nunquã verò excedere, dicito, quę immoderatio plus incommodet corpori, cibi an potus? & potus quidem, vini an cereuisiæ?

CAPVT

CAPVT IX.

1. *Vtra immoderatio plus noceat cibi an potus?*
2. *Ebrietas à vino an à cereuisia.*
3. *Cereuisiæ vituperatio.*
4. *Aquæ encomium.*
5. *Virorum illustrium exempla solo aquæ potu vtentium.*
6. *Delectus aquarum ad potum habendus.*
7. *An sana sit siceræ potio?*

MEDICVS. Si à me præstitutos limites noua dicendi accessione nonnihil fuero prætergressus, non iniuria optimo Principi tribuetis, Auditores ornatissimi, qui eam materiē vti video, mihi adornauit, quā si pro dignitate tractare aggrediar, vix in horæ spatiū posim cōpingere. At vestra beneuolētia facit vt sperē orationē meā non minori beneuolentiā, quàm hactenus fuit, excipiendam. Primæ igitur difficultatis nodo facilè cuneus reperietur, si dixero vtramque intemperantiam corpori humano perniciosam esse, & eum qui salutarem, nestoream, felicemque vitam decurrere, qui aureo sanitatis munere continenter frui decupierit, tā in potu, quàm in cibo sobrietatis tenacissimum esse oportere:

tere: attamen nescio quid sit in potu nocentius, propter quod Cornelius Celsus medicorum Antesignanus dixerit: *Quod si qua intemperantia subiit, durior est in potione quàm in esca.* L. 1. Quid causa? ha video. Omnis potio si indigesta, celerrimè in omnes corporis meatus influere, venas penetrare, ad cerebrum pertingendo, neruos debilitare consueuit: alia cibi ratio: stipatior est, moræ patientior, non habet quo diffluat, ventriculo inhæret, qui si nimio farcimine grauetur, facilè sibi ex vomitu quærit leuamentum. Satis compertum est eam canibus, felibus muribusque vim expultricem esse à natura inditam, vt si offam, aut bolum aliquem venenatum deglutierint, nullo negocio eijcere valeant: si autem virus, quod admiserint, liquidum fuerit, ægerrimè stomachũ leuare possint. Qua propter quicquid virulentum calice præsertim Bacchico intinctum fuerit perquam noxium, pestiferumque æstimarim, non sõlùm quòd lubrico fluxu in sinus illabatur, & in partes vitaliores inuadat, sed etiam quòd in cor nobilissimum vitæ principium grassetur, & illud sua acrimoniâ penetrabilique virtute corrumpat. Nemini tamen author sim, vt ista ratione nixus multo cibo se ingurgitet, ni forsan amet præfocari, aut natiuum calorem extinguere, aut copiosum morborum agmen corporis hospitio excipere habeat constitutum. Nihilominus præstat, homine scis ex-

pleri,

pleri, quàm inebriari, seu, quod malorum summa est, rationis vlu spoliari,

Quæ pernicies cùm solùm à poculis animę soleat obtingere, seu illa mero, seu cereuisia, seu sicera madeant; singula æternis pœnis æquè obnoxiam reddunt. Censent verò non nulli temulentiam, quæ à vino procreatur, multò damnosiorem esse, tum quòd excitatires animos pariat, atq; adeo tumultuosiores, tum quòd iracundiæ arma repentè submini-ſtret.

De damnis verò in corpus redundantibus non est cur ambigat aliquis minùs quàm cęteros sęuire pot⁹ quin eò acrius & crudeli⁹ quò maiori virtute ad cerebrũ vitiãdũ & cõcordẽ hominis harmoniã disturbãdã, quã cereuisia polleat de qua hoc tradit coęnus mihi quispiã medicus. *Cereuisia nõ ita facile, vt vinũ ladit neruos, nec articulorum dolores, nec alia vitia, quæ vini petitionem comitantur, creat. Nihil est, addit Plinius, corpori pariter atque animo pernicio-sius, si vini modus absit.* Reuocate in animum longam illam ægritudinum seriem modò à me recensitam, & hîc fontem ipsiſsimum agnoscite.

Cæterum est cereuisiæ sua etiam est prauitas: nouit illa etiam cerebrũ visere, stuporem, hebetudinemque parere, rationis offuscare facem. *Heu mira* (exclamat Plinius) *vitiorum solertia, inuentum est quemadmodum aqua, quoque inebriaret:* quâ in re vti bellè vino congruit, ita

it,ita illud in eo non laudabiliter anteit,quod quia pinguiori sua Cerere sanguinem crassum minimeque defœcatum ingenerat, diuturniorem ebrietati sedem solet procurare. Dioscorides vir multiplicis plantarum notitiæ in primis clarus,quam de illa comprehendat opinionem intelligite.Conficitur,ait,ex hordeo potio (de cereuisia loquitur) quæ renibus,neruis,& præsertim minutioribus cerebri membranis plurimum incommodat, flamina & prauos humores ciet.Verùm improbè coctores ipsi,quo sapidius gustui ac palato ebriorum lenocinentur, lolium immiscent quod & oculorum lumen obtenebrat,& caput lædit:liquido res constare potest cibario pane,cui huiusmodi grana aliquot inserantur vescentibus:vel enim ipsis dolet vertex, vel importunus idẽtidem recurrit sopor,vel expergefacti vertiginem non modicam patiuntur:quæ omnia temulentiæ notis sunt affinia & penè eadem. c.80

Quin ex Lupulo comite cereuisiæ indiuiduo , suum cerebro accedit detrimentum,cum vel sola eius odoratio non parum noceat.

PRINCEPS.Video,video quò rete iacias: scilicet vinum ac cereuisiam extermìnando Ante noëmica secula reuehes , & nos ad aquam egenorum perfugium ablegabis . Saltem Normanni-

cæ

cæ vel Britannicæ ſiceræ permaneat vſus.

MEDICVS. Vtinam aurea illa ſæcula reflorescant, quando ne quidem ebrietatis nomen mundo innotuerat, quando tot eius peſtes, quibus animæ & corpora torquentur, procul à mortalibus aberãr. Minimè verò aſpernanda eſt aqua, è cuius potu innumera in ſtomachum promanant bona. Vis te agilem, vegetum, ſanum? vis te robuſtum, iuſto calore, iuſtaque temperie præditum? ad aquæ pocula confuge. Non illa infinitam morborum cateruam, vt cęteri liquores, pone ſe trahit, non cerebrum infeſtat, non paralyſin creat, nõ apoplexiã, vertiginem, ophthalmiam, podagram, calculum, milleque diriſimæ necis inſignia. Aqua, mihi credite, ſtomachum leuat, vtiliter in eſcis digerendis verſatur, appetẽtiam ſuſcitat, ac optimum ciborum condimentum famem proritat.

Nec ipſe vulgaris, ſed regius potus eſt: vix olim alius Aegyptiorum ac Iudæorum menſas refrigerabat, non ſacratiorem priſci ſacerdotes adinuenêre, non congruentiorem Romani matronis intra modeſtię limites cõtinendis iudicarunt.

Eam Philoſophus nutricibus ac puſionibus, eam Plato litterarum ſtudioſis præſcripſit. Demoſthenes Græcæ eloquentiæ facundiſsimus parens, vt ad oratorium munus acceſsit, ſtatim à Lyci caſtris receſsit. Palmarius, qui propter eximiam medendi peritiam alter

ter Gallię Fernelius dictus est, fluxionem molestissimè in stomachi oras grassantem non amplius de vitibus, sed de fontibus hauriendo stitit, ac ita repressit, vt ab anno quadragesimo ad decrepitam vsque ætatem exors omnis inualetudinis incommodo peruixerit. Nõ absimilem vitæ rationem Rondeletus scriptor eruditissimus instituit, cum ad virilem vsque togam vini poculo quamuis aquâ diluto non tamen sine vertigine vsus fuisset, ad puram putamque sibi confugiendum esse censuit, & ita semper bellè sanus, valensque factus est octogesimo maior. Nescio profectò quæ vis in ea insit, vt oculi splendorem acuat, hepar refrigeret, meatus peruios reddat, calculos è vesica eximat, & quemadmodum Alexander Aphrodisuis problematis tradit, sensibus omnibus vim magis vitalem conferat. Quam ad multa secula prisci homines liquore hoc solo freti ætum extenderunt, quantas inde vires, quâ Herculea latera consequebantur.

Verùm quidem est eorum aquas nostris longè, fuisse præstantiores, sed quidni delectum habeamus, probatissimamque sortiamur, maximè limpidam, subtilem, pellucidã puram, leuem, & præsertim omni sapore vacantem, bonitatem salubritatemque permulta argumenta ac notæ indicant. Si admota igni cito calefiat, & remota pariter frigefiat, si non stomachum grauando facilè per hypochõdria delabatur, si non tenaciter in partibus inferi-

oribus desideat & immoretur. Talem qui decupit ad eos fontes adeat, qui orientem solem sinu pellucido excipiunt, per lapillorum congeriem deriuantur, qui hyemali tempore calidi sunt, & frigidi æstiuo. Omnium saluberrimam autumârim pluuiam, & eam præsertim, quæ placida aura delabitur. Cisterninas laudent alij, ego non item: nam quæ ex diuersis diuersoq; tempore impluentib. vt ex imbri, grandine, niue soluta, glacie diffociata, & per imbrices manante coalescit. Eam Galenus censet cõcoctioni officere, lotium impedire, pectori, stomacho, pulmonibus grauiter incubare, laterum dolores ac tormina conscisscere. Quicquid enim liquidum nix & glacies colligârit, omne, quod in eo subtile inerat, & calidum, penitus absumit & deperdit: sicque resos & stagnans putrefactioni manet obnoxium. Quæ de puteis hauritur, nisi è subterranea aliqua scatebra originem ducant, nonnihil grauior est, sensim putrescit, nec ita facilè concoquitur. Alacubus & paludibus abstine, nisi quod bibiturus es igni aut alia industria eliquetur. Fluuiatilem non minus quàm cisterninam diffuaserim, tum eandem ob causam, tum quòd eo velut in sentinam & communeciuitatis receptaculum sordes omnes confluant. Romæ tamen Tiberinam in dolijs testaceis diutissimè asseruare solẽt, vt sic, quod impurũ est, exhalet & euanescat. Nõ dubito verò quin ex aquę etsi

l. de bon. aquar.

pro-

probatissimę nuda potione cruditates sibi multi conciliare vereantur: sed caute & prouidenter fecerint, si Plinij mentem secuti eam cruditatem ebullitione multa imminuant, ac corrigant, vti ægris & febricitantibus propinatur. Verum volunt aliqui ab aqua nullum nutricando homini præsidium accedere. esto: si equidem potus suapte natura ad nutriendũ minimè est institutus, non tamen otiosus est, quin refrigerando & escas irrigando prodest vel plurimum, vt sic molescãt magis, & dilutæ veluti vehiculo, vt aiebat Erasistratus, ad hepar & venas transmittantur.

Sed nè siceram, cuius per transennam memini, reijcere videamur, salutariter meo quidẽ iudicio illa potabitur, si ex pomis maturrimis, opportunè collectis, nec macidum olentibus fuerit expressa: at quando promenda? alij recentem malunt, alij binam trimamue, alij etiam coacescentem, quod quia stomacho & meatibus deonerandis non mediocriter incommodat, neutiquam probarim: bibes igitur cum mediam ætatem egerit, & aqueo consortio omnino puram ebibe. Qui plura volet, nõrit Normannum quempiam non abhinc multis annis de ea iustum volumen conscripsisse, & cæteris potionibus anteferre. Dicam tamen siceram, quam pira dederint, magis salutiferã esse, & cum astringendi facultate polleat, & alendi, nostratibus magis cõsentaneam.

PRINCEPS. Sanè tanto tam laudabilis aqua encomio me in vini odium penè ad duxisti: credo tamen hunc prouectioris ętatis męę flexum eius bibenda copiam nonnisi illo consorte, mihi facere. Cum verò prope omnia potionum genera oratione tua degustaris, non par est vini adusti insanam vim intactam relinquere: Iam enim illud in summis delicijs habent intemperantissimi nostri homines quo & vsque ad ebrietatem replent sese speciosо, opinor, eius nomine pollecti: quasi verò, quia, vitæ aqua communiter nuncupatur, per eam sibi vitam existiment pro rogari.

CAPVT X.

1 *Aqua vitæ vulgo dicta, si extrinsecus adhibeatur efficacissima.*

2 *Potata valetudinem penitus subruit.*

3 *Conducit aliquibus.*

4 *Sed modicè & raro sumpta.*

5 *Maligna vis eius est: primùm corpus exsiccat, dein exsuccum leuissimè exanimat.*

6 *Sanitas summũ naturæ bonũ quod exigua voluptate cõmutat ebriosus.*

MEDICVS. Si aqua illa intra penitiores corporis sinus admissa eam efficacitatem, quã extrinsecus adhibita, præstaret, verè vitalis

vitalis dici posset,& haberi, siquidem membra frigore torpida, gingiuæ,nerui, musculi eâ illiti & affricti non mediocre leuamentum consequuntur:cuicunque apoplexia linguę vsum fuerit suffurata,aut eam aliquo hæsitatię vinculo impedierit,illa modico aceto admixta psittaco expeditius dabit eloqui. Debuerã primo loco reponere mirã,quam ei Matthiolus Senensis Medicus attribuit, virtutem(qui & eius conficiendę rationem docet)si enim aqua ista madens linteolum ad cuiuspiam moribundi nares aut tempora admoueatur,illico talem ex animi deliquio excitari, amisso linguæ ministerio redonari,& si iam iam expiraturus videbatur, vitæ spatium præter omnium opinionem protelare. O quantum inde emolumentum ab ægris, animis simul & corporibus sperari potest! quàm opportunè potest lingua vinculo iam soluta noxas sacerdoti explanare,testamentum condere,opimũ beneficium aut pensionem familiari non renuente præsule transcribere! quàm etiam insignem adeunt parentes,affinesue hereditatem,qui alioquin toti morientis ab ore pendẽtes non signum vllum,nedum verbum extorquere sustinebant! magna sunt hæc salutis consequendæ præsidia. Ego verò autumârim idem quamlibet etiam aliam artificiosâ Matthioli admistione vacantẽ posse efficere, modò è vino meracissimo fuerit extillata. Cùm & vinũ ipsũ dũmodo generosum sit,ad nares

& tempora adhibitum eadem pollere facultate vsu ipso non semel didici.

Verum enimuero quæ cuti prosunt, non semper intus medelã creant, sed perniciem, quandoq; maximã. namq; si latex ille ratione potus nactus fuerit, & quidẽ largioris, præterquam quod potẽtius in hominum capita, quã Bacchi omnes copiæ habeat imperium? ventriculum, hepar, intestina, & omnem quam permeat, viciniam exedit, exsiccat, adurit, & cum humidum omne absumat, simulque vitę subruat principia, potius aqua lethalis, quàm vitalis est dicenda: siquidem vita, aiunt Medici, *in calido & humido, sed temperato*: quàm vero immodicus est eius calor, quamque naturæ aduersus, quando nunquam ne intensissimo frigore conglaciet, & atramentum vna aut altera eius stilla tinctum etiam gelidissimam hyemem peruincere valeat. Videmus lintea huiusmodi liquore rorantia inter flammas illæsa quodammodo triumphare: videmus dextræ volam superinfusis aliquot eius guttis, & nescio quo fomite igneścentib⁹ absq; vllo vstionis sensu ardescere: scilicet quia magna illi cum igne intercedit sympathia, nihil omnino penetrat, sed cum assymbolo suo colludit, & in societatem ascisçit, quæ sanè ingentem eius calorem arguunt, & insigniter quotidiano potu vtentes redarguunt. Existimant ipsi ac volunt suę libidini inseruire illud, quod statis temporibus, & potius medicami-

nis

nis loco est sumendum: namq; *Plate*, ait quidam Medicus, *vsus eius admodum est pernicios⁹*: adurit corpora, & humorem natiuum depopulatur.

Quare ij, quibus macra cutis, & siccitas succi perparum suppeditat, prorsus abstineant. Obesi autem, pituitosi, quibusque redundantia molesta est, per me licet vtantur, eiusque beneficio humorum superflua coquãt & resecent, apoplexiam arceant, paralysin, lethargiam, & alias ægritudines ab inusitato frigore inuectas. Quamobrem permitto, addit idem author, vt per hyemem drachma vna cum media, quantumue capit cochlear, sed infrequentius sumatur: & sacharo edulcare proderit, atque etiam buccellã panis, qua eius ardor mitigetur, neue in sin⁹ penetrãdo cerebrũ aut hepar nimiũ excalefaciat, intingere.

Nec ego cuipiã author sim, vt in quotidianã illã bibẽdi consuetudinẽ sic immergat, aut eos imitetur, qui etsi modicè nullam tamen diem abire volũt, quin veluti salutare ad fluxiones cohibẽdas antidotum & alexipharmacũ sibi præscribãt. Cohibet illas quidẽ, at simul edaci sua virtute corpus exsuccũ reddit, & humorem vitalem planè euanidum. Nullus ei instinctus, nulla vis ineſt primarium illum humorem ab ascititio & exteriore, qualis est catharrus, discernendi, sed promiscuè & cœco impetu huc illuc fertur, quicquid obuium habet seu vtile, seu inutile fuerit,

indiscriminatim exugit exéditq;, cum tamen certum sit vitę humanæ conseruationem non minus ab illo, quàm cerei lumen à cerâ pendere.

Quis igitur non videat merum illud adustum efficacem perfideque corporis & animæ salutem in discrimen adducere? Specioso saluberrimæ potionis titulo admittitur, multaq; bonæ valetudinis blãdimenta promittit: sed tandem aliquod post annis Scorpionis instar occultatum venenum exerit, & vitali humore exhausto corpus ita exsuccũ relinquit, vt anima nullam sedem amplius in nobilioribus partibus tabe lentâ confectis reperiens vel ex improuiso hominem deserat, vel certè postquam biduum aut triduum cum ægritudine fuerit colluctata. Quàm frequenti experientiâ idipsum edoctus fui: neque enim inficiari possum me in ægris curandis, quibus spem longioris vitæ fecéram, nec vllo modo vitâ periclitari dixeram, fuisse hallucinatum: stupebam inopinâ nece abreptos fuisse, indignabar me meum fefellisse Hippocratem: ast vbi inaudij vitalis aquæ vsum ijs fuisse familiarem & prope quotidianum, ha dixi nullũ aliud argumentum, nec aliam mortis causam volo.

Ecce, viri nobiles, quantum vniuersa medicorum palęstra ab immodicis potandi libidinibus abhorreat, videre potuistis. Vtinam intelligant omnes inimicissimas eius aduersus

sus sanitatis bonum machinationes, intelligant nullum eâ potius, præstantiusue secundum gratiam diuinam cœlitus mortalibus Sapientis testimonio appluisse: *non est census super census salutis corporis*: imò non est census cum ea conferendus. Omne aurum, gemmæ, gazæ alicuius in Penates coaceruentur, quomodo ijs delectari, fruiscíq; valeat, si aurea sanitas abfuerit?

Dum podagra, febrisq; dolor tua terga flagellat,
Incassum pigras arca flagellat opes.

Quotidiana mensarum lautitia, numerosa amicorum series, mille in foro salutationes, ludi, tripudia, potius tædio sunt, quàm voluptati, quicquid lætum insonueris, næniæ sunt, quicquid pretiosum obtuleris, inéptas merces obtrudis: quippe cui tot se ægritudinibus eximere volenti omnia mala subeunda sint, omnia gaudia respuenda. Vilene igitur dicam, an miserum leuissimam gulæ voluptatem tanto dispendio, tanto cruciatuum pretio mercari? An intolerabilior calculo dolor? an podagrâ aculeatius malum? an apoplexiâ, paralysi, improuisâ morte quidpiam magis formidandum? interea quis satis mirari queat hominem, cui adeo impatibilis est omnis dolor, solùm vnius horulæ gulam voluptario labilis vini sensu titillãtis lenocinio ductum sese datâ operâ hilariq; fronte veluti scopum exhibere, in quem inimica morborum atrocissimorum tela intorqueantur?

SYMPOSIACI SERMONES.

CAPVT XI.

1 *Ad ea quæ cap. 3. dicta sunt congruentes historiæ de vulpium sagacitate.*
2 *De coruis, apibus, & nostris & Cretensibus.*
3 *De Psittacis.*
4 *Ferarum industria, ac virtus multum exercet venatores.*
5 *Venatio & corpori & animo prodest.*
6 *Canes venatici mortuum leporem non attingunt.*

DIXERAT Medicus, & iam in noctē inclinante die à pulpito ad mensam cum cæteris benigno huiusmodi inuitamento Principis traductus est: cæna profectò, quamcunq; daturus sum vestra est: vestrā enim, & tu Medice tam diu perorando, & vos studium indefessum ad quæstiones adeo subtiles, vtilesq; adferendo merito iure feciſtis. Ad epulum ergo se recipiunt, & vix iam accubuerant, quin sermones de rebus iam recens disputatis auidius quàm bolos ipsos arripuēre. Sesitabat in cuiusq; labris tum elegans aliqua historia, tum insignis in ea, quæ Medicus pomeridianis horis quamuis sat susè ediſſeruerat, commentatio. Principi in primis placuit siccioré cerebri habitudinem refricare, multisq; à se in nupera ad septentriones profectione visis illustrare

illustrare: veluti qua sagacitate vulpes(siquidem in ea nonnihil siccitas excedit) in tentanda glaciei firmitate vteretur. Ne fortè illa subsideret, & transeuntis pedem falleret, prius aurem quàm proximè poterat, extremę fluminis lineæ admouebat, siqúe strepentes sub glacie aquas perciperet, hoc velut sufficieti edocta argumento regrediebatur: & si contra nihil auribus obmurmuraret, audaciter transfretabat: quasi videretur huiusmodi ratiocinationem conficere. Quod strepitum edit, mouetur, quod mouetur, non glacie constrictum est, quod non glacie constringitur, liquidum est, quod liquidum est incedenti non obdurat: ergo non tutò hac transmeatur.

A vulpis ad multiplicem coruorum industriam transitum est, & eam maximè, quâ potum sibi è fossa conquirentes, si ea demissior sit, eatenus lapillorum vi iectâ aquam attollnnt, quatenus ad rostrum possit pertingere: & eam industriam à sicco temperamento consequuntur, vti & suam apes, quas in recularum suarum fabrica ingeniosissimo artificio, an artificiosissimo ingenio pollere dixerim nescio: ingenium saltem his versibus tribui vix quispiam dubitarit:

Cui nota est florum bonitas? quispossit in herbis
Cernere quod prosit, quodq́, repugnet? apis.

Ccratos

Ceratos ecquis valeat fabricare Penates,
Dædalicus cedat quêis labor omnis apis.
Quis regni bene firmat opes, bene iura ministrat,
Quis plebem stabili lege reuincit? apis.
Quàm sapienter aceruat opes, regit ædificat q̃
Omnia si tria sint, omnia vincit apis.
Gerionem hic factum Lysiæ, Salomone, Lycurgo
Credideris, nomen si latitaret apis.

Non metra modò, at iusti codices de hoc animalculo, deq̃; mirâ eius architectatione, cuius quotidiani oculatiq̃ testes sumus, conscripti leguntur. Verùm in Cretensibus apibus alias notas longè maioris solertiæ indices quàm in nostris animaduertimus: nam si fortè glebam ad mare, vti solent, parant erigere, prouidentes suum leuius corpusculum tẽpestatibus, ni caueant, futurum ludibrio, sese lapillo onerant, non secus ac carina, quò aduersus ingruentes fluctus stabiliatur, eosq; valeat perfringere, tabulato solidiore compingitur.

Sed quid opus est circa externa vagari cum affatim nobis domestica suppetant? Quis psittaco meo expediuit nó modò suum χαῖρε, sed etiam orationem Dominicam, Symbolum Apostolorum, complures moratas sententias tum Græcas, tum latinas, denique omnia famulorum meorum nomina, an nõn sicca illa tẽperies, quâ omne auium collegium nõ præpete pennâ, sed memoriæ quodam felici munere antestãre videtur? sed quod dicturus sum

sum vix capiet humana fides. In quopiam è meis assectis vitiositatem non paruam verbis acrioribus carpere consueueram: ea tandem Psittacus perfectissimè concepit, & assectæ toties, quoties in conspectum veniret, cœpit obtrudere, sic vt conseruorum factus ludibrium, auem magis, quàm me obiurgantem fugeret. Vtinam vinolenti hanc volucrum scholam adirent, & erubescerent bestias sibi, quod hominis est, suffurari, seq; vicissim rationem euertendo, quòd bestiarum est, induere.

Inter cœnitandum vir nobilis ratus non inopportunum fore, quòd silenti principi subijceret, ait, verè incommodo meo quanto maximo didici, quàm cata cautaque sit bestiarum indoles, & causa me imprudentem hactenus latuit. Lubens insigni pecuniæ summa carerem, si ebriorum more eis ingenij acrimoniam natiuamq; vafritiem multo calice possem adimere, non tantę in plagas, canes, famulos abirent expensæ, missa facerem tela, sclopos, hastas, venabula, non pernox in saltibus modò lupi, modò cerui exuuijs onustus cursitarem, non vitam vento & frigori, sed nec earum lethiferis rictibus obijciendo prodigerem. Nuper in aprum inusitatæ magnitudinis irrui, qui mihi sæuum dentem in tibiam infixit, & iam semestre lecto affixit, nec adhuc ex vulnere penitus conualui. Superioribus etiam hisce diebus Verna meus etsi venandi

nandi peritissimus cum venabulo eandem belluam quaquaversum insectaretur, ex equo sternace corruit planè elumbis. Ecce quid ferat venatio. nunquid tibi, vir doctissime, cuditur quædam temulentiæ conciliatrix potio; quâ suauioribus technis hæ feræ à nobis irretiantur & mansuescant?

Etsi mihi, inquit Medicus, in promptu esset huiusmodi medela, non tamen officinæ meę limen excedere paterer, ne pulcherrimam vtilissimamq; exercitationem, quæ hominem roborat, affingit, vegetat, antiquando nobilibus viris haud parum officerem. Vti corpori, sic & animo sua non deest oblectatio ac fructus, dum inde ansam desumit sibi Dei Creatoris potentiam, sapientiam, bonitatem demirandi ac deprædicandi, quod bestias egregijs adeo naturę dotibus munierit; his ad hostē adoriendū vires armaque largiendo, illis ad se ex insidijs, & venatorū cassibus expediendū sagacitatē, & vafritiē ingenerando. Deinde tāti apud me est de animi tui cellitate existimatio, vt etiāsi mysteriū artemue feras consopiendi edocerere, ea te nequaquam vsurū autumē, nec ferinam esurum, nisi quàm laborioſa venatione fueris consecutus: cum ipsimet canes quod mihi quàm tibi est exploratius, leporinā respuant, quam venando nō fuerint promeriti, quàm porro auidē in viscerationem feruntur, si in prædæ remunerationem porrigatur. Si verò lepus, quem insectantur

ctantur, ex diutino cursu multaq; agitatione spiritu intercluso, victus mortuusq; iaceat, ne dentem quidem infigere operæ pretium ducunt, at solùm plaudentis caudæ volutatione indicant non sibi ab hero dapes, sed laudationem de parta victoria comparari.

CAPVT XIIII.

1 *Admirabiles historiæ de pluribus vno partu editis.*
2 *Quæ mensura potui adhibenda.*
3 *Ieiuno & pransо intempestiuus potus est.*
4 *Potio male finit refectionem.*
5 *Præceps potus obruit, lentus & modicus molliter sese insinuando imbuit:*
6 *Nocet potus niue aut glacie refrigeratus.*
7 *Aliæ quædam de eodem minutulæ quæstiones.*

VIsus fuerat Medicus rem de portētosis partubus compendio arctiori compegisse: quare vt aliquod adderet corollariū rogatus, id, inquit, & lubet & decet me præstare, ne hac in re sola mea authoritate niti videar: siquidem video tum priscos, tū recentiores historiarū huiusmodi fæcundissimos. Narrat Aristoteles *l. 7. de hist. animal. c.* 4. sua ætate nonnullas fœminas vnius diei spatio quat-

tuor

tuor aut quinque enixas fuisse, sic vt quinto sextoue à nuptiis anno familia prolib. turgescēret. Tradit A. Gellius *L.* 10. *c.* 3. Augusti Cęsaris famulā quinque vno partu in Heluetia anno 1554. edidisse: nec minus Bernensis illa de tribus suis filijs binisque filiab⁹ poterat gloriari. Albicrasis & Plinius è Trogo quasdam partu suo septem geminas vrbis Romæ arces æquasse testantur. Franciscus Picus, non Picus at verè suo æuo phœnix scribit à Dorothea quadam viginti liberos duplici egestione prodijsse, primā nouem, altera vndecim. Plinius *l.* 7. *c.* 11. de duodecim meminit. A Martino Cromero *l.* 9. *Hist. Polonica*, 36. numerantur. Audet maiora Nicolaus Florentius
l. 9. *Annal.* authore grauissimo fretus Auicenna *l.* 9. *animaliū*, mulierem quampiā 70. eosque suis mēbris constantes peperisse asserit. Verum naturæ limites omnes excedit vis illa prolium ab Alberto magno recensita. Quis crederet, nisi tanti viri accederet authoritas, Germanam vna vteri deoneratione centum quinquaginta effudisse, & quidem spirantes omnes, suisque artubus distinctas, quamuis digiti magnitudinem minimè excederent. Crediderim ego naturalem in fœmina partum nequaquam septenario numero, quod in matrice non plures cellulas esse constet, posse dari, maiorem. Verum non metuenda illa in ebrijs fœcunditas, non adeo liberorum ferax est crapula, sed potius laborum: nec profecto esset cō-

senta-

sentanea: Deesset enim bonis omnibus in gulam paternam insumptis, quo ingēs illa multitudo aleretur. His alias quæstiunculas adiecit Princeps, ac in primis, quæ frugalem potus normam constituant.

Quæstio hæc respondit Medicus, multa secum adiuncta complectitur: & primo mensuram potui adhibendam, quę meo quidem iudicio, pendet à fine, quem natura sibi in bibēdo præfigit, vt tantus sumatur, quantus digerendis cibis sufficiat, quantusque cœmento, vt aiunt, aptè temperando sit necessum. Deinde si bibendi tempus innuit, certè matutinum prorsus excluserim, & neutiquam ieiuno merum concesserim: mecum sentit recentior quidam his verbis:

Hoc in primis obseruandum est, ne quis diluculo vinum bibere consueſcat: est enim natura aduersissimum, animi siquidem vigorem hebetat, mentem obnubilat, acneruos afficit. Lubens etiam à pranso omne poculum, quod tum non sine digestionis dispēdio propinatur remouerim: sicut enim superinfusa aqua deferuescit olla, carnesque ægrius elixantur: ita ciborum concoctioni, si quidpiam frigidum liquidumue addis, remoram inijcis: & cum præproperè & citius quàm oporteat venas & intestina incoctus occupet, fit vt corpus nutritione tanquam edendi fine proposito destituatur; & quod summa mali est, nascantur obstructiones prauiq; nidulētur humores, vnde quid nisi *Liuinus Lemnius.*

febres longaq; morborũ caterua cõsequat

In eandem charybdin incidunt ij, qui re
ctionem à potu inchoant,& morę impatien
ne minimo quidem bolo pręu o ingentem
athum exhauriunt,nescij profectò tantam
morum eluuiem veluti torrentem quend
secum dapes imparatas aliò trahere. Volu
itaque medici nostri omnibus persuasissim
vt cibarium aliquod prius substernant fu
damentum,cui modicus liquor superimp
at:& sic quod vescum est, & quod pocule
tum alternando,seque intimè consocian
æquabiliter digerantur. Multum probat
etiam, dum febris aut æstus importuna
auiditatem concitat,lenta ac moderata bib
di ratio, quæ sensim influendo stomachu
benignius refrigeret, & commodius sese
sicciores viscerum meatus insinuet. Non p
geat hac in re Dominum ac Creatorem n
strum æmulari, qui in arua camposque
nem ac lentam pluuiam è nubibus velu
cribro distillare cõsueuit,vt sic guttis crebe
rimis sinus terrenos molliter penetrantib
semina & radices intimè imbuantur : cum
contra tempestates, imbresque rigidi solù
extimam terræ faciem perluant: viscerib
nullo modo proficientes, sed in frutices
spicas debacchantes miram stragẽ moliũtu

Ita medicus,qui prouidenter sanè men
initio rem suam egerat.Postea namque vt a
esu plurimũ,ita vix à repõsionibus feria
licu

licuit,& cùm ardenter sæuiret æstus,in quæstionem venit num vini poculum niue refrigerare sit consultum: nequaquam, ait ipse, nam qui hoc probet,medicorum vidi neminem:heu nimium incalescentes fallunt hæc frigoris irritamenta, doloresque vehunt innumeros,qui in cerebrum rationis arcem, in pectus,pulmones,stomachum,ilia,splenem, hepar,renes,matricem,dentes,atque etiam in neruos,motu omni stupescente redundant. Animaduertere sæpenumero potuistis istos homines refrigeratorios tandem(nec enim vno die malum inualescit)vel in cholicam passionem & stomachicam delabi, vel torminibus,paralysi,apoplexia,asthmate, lotij suppressione,hydropisi,& alijs ægritudinibus periculosissimis cruciare.Cùm Romæ domicilium figerem,visi sunt viri magni,quibus subitam vitæ defectionem huiusmodi nix & glacies conscisuêre. Ideo Galenus noster *l. de bono maloue ciborum succo*,sapienter monuit,vt qui Syrio caumate æstuant,ad fontanam confugiant,non ad niue frigefacta pocula:nec sibi palpentur iuniores, quòd postero die melius inde habeant;non pegaseo,sed lêto passu procedit malum:& si ætate facta iam grandiori in neruis,in cõmissuris,intus & in cute oriantur morbi,non ab alio,quàm ab hoc fonte eos arcessant.

Quæstio ista aliàs minutiores peperit:num

vina mixta vti album cum heluolo, hornum cum edentulo valetudini aduersentur. Item num meracum salutarius à ientante, quàm à cęnãte potetur. In primis omnem illam mixturam procul reiecit Medicus, quod diuersarum vitium non benè conueniant germina, & propter dissidentes qualitates, quarum vna tardius alterâ digestioni obtemperat, stomacho non mediocriter officiant. Quare separatim sumenda esse, & meridie probari album, quòd celeriores sibi in venas paret aditus, faciliorem lotio viam struat, & humores, qui meatus oppilant, propulset: in cęna verò heluolum seu rubrum, quòd solidiori nutrimento corpus afficiat, nonnihilque astringat. Si vtrumque ad eandem appellit mensam, præponatur, præbiturque album: eadem enim rationis militant, eiusque sententiæ est Leuinus Lemnius de occultis naturæ miraculis.

CAPVT XIII.

1 *Futiles quædam ratiuncułæ aduersus aquæ potum dissoluuntur.*
2 *Frequentiores morbi vbi vsus vini communis est, quàm vbi rarior.*
3 *Calculus potius è vini quàm ex aquæ vsu coalescit*
4 *Quos sensus illius vinũ ac ut ingeniũ*
5 *Hydropisis non ex aquæ potu.*
6 *Nõ ita, vt creditur, stomachũ vinũ fouet*
7 *Insignis medici hac in re sententia.*

IM V M

IMVM inter conuiuas subsellium occupabat præpotens quispiam Colonus turgente aqualiculo conspicuus, quem cùm Princeps animaduerteret purum, putumq; largiter potare, facetoludibrio perstringens obiecit in pomeridiano Medici congressu ad aquæ præstantiã encomiaque audienda fuisse desideratũ, vbi scilicet didicisset quã corpori simul & animæ sit salutaris. Quid corpori? ait Colonus, nunquam ad id credendum adducar, præsertim cùm iam longo vsu viderim huiusmodi aquibibulos molestissimam manere hydropsim: ego meliora vini castra persequar, & ego pariter, ait Mathurinus, qui lepidum quidpiam dudum parturiebat, sed limpidum peruelim, nobile, colore, odore, sapore præstantissimum. Quid? aquam mihi propinetis? illam si respuit calceus, quanto magis caput, Ergone ad canum pocula amandabor? minimè verò. Id vnum Italicè didici, *Carne facarne vino fasangue*: & id vnum latinè, *vinũ bonum acuit ingenium*.

En, Medice, ait Princeps, tibi hæc lepida cuditur faba: nondum istis viris aqua sapit, nec sapiet, credo, nisi iteratâ laudatione eam condieris. Itane, bone vir, subiecit Medicus fixo in Colonum hærens obtutu, nostros fontes exosus es? Ecquas porro ægritudines creare solent? imò si eas prouincias morborum multitudini patere magis dixero, quo vini sunt feraciores, nihil à vero deflectere censebor:

quæ enim ad ſeptentriones propiùs accedũt, vbi ſolùm potentiorum menſæ illo ornantur, longius è paralyſi, epilepſia, vertigine, podagra, calculo, fluxionib. recedere dicũtur. Quid Exploratum eſt etiam modicè ſumptum, plurimorum capiti non modicam perniciem, ſtuporem ac hebetudinem conciliando attuliſſe. Exploratum eſt ſolam eius odorationem adeo quibuſdam nocuiſſe, vt cum pedẽ in cellam, vbi recentius adhuc efferueſcebat, intuliſſent, ſenſerint cerebrum funditus commoueri, atque etiam animi defectionem, quæ nonnunquam in mortem tranſibat. Si ad quotidiana veniendum, ſpectate ebrioſorum facies colore bacchico tinctas, puſtulis rubicundis notatas, nempe hepatis aduſti ſymbolum præſeferentes. Spectate manus tremulas, frequentes lapſus morbi comitialis indices, denique vniuerſas ægritudinum, quas iam meminimus, acerbitates.

Verùm ſilentio præterire non poſſum ſpecioſum, qui paſsim in vulgus vagatur, errorem, quo opinantur plurimi calculi malum heluoli præſidio diſterminari. Haud dubiè in eo hallucinantur; nam ineſt vino virtus *diuretica*, quę ſecum lentos humores ducit; eoſq; ab vſitatâ viaq; curſuq; auocans ad renes, vbi in calculum coaleſcunt, tacitè tranſmittit. Sentiat vulgus per eandem virtutem opinionem ſuam infirmari, quâ cenſet ventriculum

culum piris, pomis, persicis, præcocibus, prunis, cerasis & huiusmodi crudis fructibus onustum vino incalescere oportere, & sciat hoc suum fundamentum malè acceptum subrui, *post crudum purum supple vinum*: quin potius aquam suppleri volunt medici nostri: nam vinum vtpote natura calidum ac subtile est impatiens moræ, quæ ad macerandos digerendosque illos fructus requiritur, & qualemcunque chylum ex ijs conflatum reperit, talem etsi imparatissimum in hepar & venas transuehit: quid mirum propterea si autumno inclinante febrium ingens caterua erumpere consueuit.

Quod verò ad latinum illud adagium attinet, pro re nata à momo prolatum esse constat, quia nonnisi momicè & bsurdè vsurpatur. Si quæris igitur quod etymon, quis germanus sensus verbi illius *acuit*, dicam vinum ex ignauo audacem reddere & temerarium, è verecundo perfrictæ frontis, è modesto insolentem: *Acuit*, & exacuit, concitat, instigat, accendit, sed ad vitia: nihil porrò acutum & solers ei tribuendum, quod reuera ingenij aciem retundit, & omni vigore & sagacitate destituit.

Nec hydropicus iure fluenta culpare possit: aliunde volumina nostra istius mali originem deprehendunt: ipsam hepatis constitutionem

onem sedulò examinant, cuius si calor rigidus sit & flaccidus, aquam, aqueosq; humores progignit, quibus tanquam ad virtutem altricem inutilibus membra se expediunt, atq; cutem inter & carnem ablegant: hinc totius corporis habitudo inturgescit, & fit aqua, quod per aquæ potum stata hora prælibatum in bonum & defœcatum sanguinem transijsset: vti dum quis febri æstuat, naturæ congruenter aquam deposcit, vt prouideat quo minus sanguifica vis hepatis nimio calore lentescat & debilitetur. Adde multo mero vitalem calorem extingui, quo extincto, quid aliud quã tumor ille hydropicus consequatur?

Attamen, quia stomachi affectionibus cautum volumus, non frigido ac debili aquæ vsum frequentem suaserim: neq; etiam vini esse salutarem dixerim, tum propter vim illam *diureticam*, quâ cruditates multæ concrescunt, tum quod acescens in ventriculo putrefiat, atque illum plus æquo refrigeret: omne enim acidum frigidum est. Vt huic igitur apologismo ad aquæ defensionem instituto finem faciamus, non absurdum erit hîc attexere eximij cuiusdam Medici de vino iudicium.

Quemadmodum calx, ait, arboris radicibus adhibita in causa quidem est, cur fructus ex ea colligantur præcoces, sed ei citam mortem affert, ita omne alimentum calidum, sed vinum maximè, stomachum quidem fouet, & veternum excutit: at simul præproperum

vitæ

vitæ exitum accersit: nam dum natiuum calorem auget, corporis substantiam minuit, & humorem vitalem tacitâ velut limâ atterit, vitam quidem alacriorem sed breuiorē facit.

Postquam Medicus pro aqua aduersus colonum tanquam pro aris & focis stetisset gratiarum actio cænæ finem dedit, monuitque Princeps non ante biduum elapsum solitam celebratum iri academiam, quòd sibi comitia super re haud exigui momenti habenda sint: & quamuis doleret tam nobilem animorum exercitationem, ex qua non mediocrem hauriebat voluptatem interrumpi, speraret tamē fore, vt illa intercapedo cupiditatem acuerer, nouosq; suppeditaret animos. Dicebantur negotia illa cum sanctiori interioriq; consilio de ebriosorum punitione transigenda: nec enim diutius prorogari ferebat conscientia.

POMERI-

POMERIDIANVS CONGRESSVS QVARTVS

Moralis Philosophi.

CAPVT I.

1 *Philosophia morata tres habet partes.*
2 *Virtutes morales omnes ad 4. reducuntur principia*
3 *Prudentia variè definitur.*
4 *Ebrius nemicam habet prudentiæ.*
5 *Tres præcipuæ functiones prudētiæ, quibus destituitur ebrius.*
6 *Prudentia docet omnis rei modum.*
7 *Quem semper ebrietas excedit.*
8 *Partitio Prudentiæ.*
9 *Alexander Magnus inter pocula Clytū cōficit. M. Antonij vinolētia.*

VM iam indicta dies illuxisset, in palatij aulam coiuére omnes, cùm magna incensi cupiditate, tum animo suspensi quid rarum eximiumq; è septem reliqui duo de quæstione allaturi essēt, quæ ita iam omni colorū genere erat exornata, vt nullū ingeniosius

osius penicillum, quod lineamentum vel vllum adderet, restare crederetur. Vt vidit Prīceps ordines consedisse vniuersos, benignè Philosophum est hortatus, vt Aristotelem morata sua censura hoc vitium damnantem exhiberet, auidasq; Auditorum mentes solidis tanti viri pasceret documentis. Quod haud grauatè sic ordiendo suscepit.

Nolite, viri nobiles, ab hoc exili ingenij mei promptuario, immensam illam, quæ res naturales, diuinas & morales peruagatur, scientiam, quamq; Philosophus scriptis suis velut in exiguo clypei orbe gigantomachiam, depinxit, opperiri: non adeò latè pomeria sua porrigit nostra professio: at solum modo Philosophiæ moratæ, quam Princeps noster in Ethicam, Politicam & Oeconomicam scitè partitus est, limitibus definitur. Siquidē tergemina illa moderatione morum veluti ferula triplici ebrietatem sic castigare conabor, vt è Politica sat nuper enucleata vix quidpiam delibare sit animus.

Ac primo ingredienti mihi quadripartitā illam Ethices palęstram, vbi ipso in limine occurrunt Iustitia, Prudētia, Fortitudo Tēperātia, longū pone se ducentes agmen virtutum earum, quæ ad conformandos depoliendosq; hominum mores secundum rectam rationis normā sunt institutæ: demirandū sanè videtur è tāto numero ne vllā quidē reperiri, quæ temulētiam officioso suo cōsortio dignetur, at potius

at potius aduenientem veluti peregrinam & perfidam è vestigio eliminant. Prudentia in primis cùm iuxta Aristotelem sit *habitus cum ratione vera circa bona humana actiuus*, ita virtutibus omnibus se ducem comitemque indiuiduam præbet, vt sine iudicij, quod mentis oculis vult perpetuò obuersari, adminiculo, in agendo erret fœdissimè ac labatur. Quòd verò rationis ministerium ab eo exigemus, qui eam frequentibus poculis funditus euertit? illumne virtutibus ad rectum ineundum tramitem ducem præficiemus, qui sibi domũ repetenti dux esse nequeat? si prudentia ex eo suam sortita est nomenclaturam, quòd quasi eminus videat, & res futuras præuideat (prudens, ait Isidorus, quasi porro videns, perspicax enim est, & incertorum videt casus: Hinc Græci vocant φρόνησιν παρὰ τοῦ φρονεῖν, id est, intelligere, & sapientem esse) quâ sagacitate futurâ præuideat, qui præsentia vix intuetur? quî lynceus erit ad ea spectanda, quę toto cælo distant, qui talpa est ad ea, quæ naso proximè & oculis obiectantur? si ipsa habitus quidam est intellectus, qui nihil in voluntate prauũ, nihil distortum, sed recta omnia sibi vindicat, quid inordinatum atque distortum magis voluntate ebriorum? *nemo prudens nisi bonus*, ait Aristoteles, & l. 7. c. 11. constanter asserit voluptates esse maximo prudentię impedimento atque eò magis, quò quis impensius oblectatur, vt in libidinis turpitudi-

L. 10. Etym. cap. 10.

pitudine euenire solet, *in qua constitutus nemo intelligere quicquam potest.* Certè si ebrietas sit cæteris voluptatibus affecta, huic Venereæ haud dubiè erit prodromus.

Grauissimæ sunt, teste Philosopho, functiones illæ, quæ in deliberationibus, iudicijs, imperijsque exercendis versantur. Vir enim prudens rationes consentaneas ad honestè & decenter faciendum, quod animo est præmeditatus, inuestigat, optimas quasque vias init consultatione tanquam peritissimo duce fretus, & id cumulatè exequitur, quod toties inculcat Aristoteles, *viro sapienti bene esse consultandum.* Deinde prudentiæ officium tum præstare conuenit, cùm id quod in quæstionem venit, æquis rationum momentis expenditur, & tandem faciendum esse decernitur, sed eo modo, tempore, loco, & alijs, quæ ipsi operi virtutis nomen, atque sinceram laudem tribuunt. Quare plurimum conferet non paucas Sapientûm ac Philosophorum selectiores sententias memoriâ complecti, & Christiano homini magna præsidia ad vitę humanæ actiones ritè instituendas adferent Salomonis adagia, & appositissima Ecclesiastę monimenta, si ea quis pro re nata & in procinctu è mẽte possit expromere. Alterum eius munus, quod imperando obitur, quid fieri oporteat, & quomodo præscribit simul voluntatis assensum eliciens, eam ad operandum ingeniosa quodammodo beneuolentiæ captatione pellicit.

pellicit. Nã primariũ suũ decus, atq; adeofinẽ non censetur assecuta, nisi res, quam dijudicandam fuscepit, in opus exeat, habeatq́, ali-
L. 6. c. 10. quid à syneſi seu perspicacia diuersum. Bone Deus, quàm operosa istius virtutis exercitatio? Vereor ne temulenti hominis mentem curiosius examinantes omnibus istis officijs vacuam simus reperturi, quando ad ea præstanda non tantum rationis opus sit adminiculo at insuper ingenio sagaci, acuto, persubtili, iudicio etiam sedato, æquabili morum temperie, magna rerum agendarum experientia, præteritorum casuum reminiscentia, deniq; refragantis voluntatis inflexione. Credo potius aquã è pumice, quàm illa omnia è mente, quàm iam ratio omnium istorum parens defecit, exprimenda.

Ineſt alius prudentiæ genius ſanè mirabilis, quo quis in ſingulis actionibus ſe ita ad rationis regulam conformat, vt neq; plus, neque minus quàm deceat operetur, & quaſi in puncto ſtet, ne in alterutram partem forte vitioſam inclinet: ideoq; iuſtitiæ libram exactiſsimam ſeruare volenti decernit ipſa quãtum, quando, quoue loco quidpiam ſit reſtituendum: & temperantiæ fines minimè excedere ſatagenti, quantum, vbi, quando, quomodo ſit veſcendũ. Quę cũ ita ſint nõ video qua ratione vir ebrioſus punctũ illũ notare poſsit, qui ne trabẽ quidẽ cõſpicatur, cui mẽtis oculi caligãt, imò plane sũt eliſi, qui iã re-

ipſa

ipsa omnes modestię limites est supergressus, tęperātiāq; nimio pl⁹ bibēdo profligauit.

Non hac triplici partitione prędes morum sanctissima prudentia contenta est, vult sibi longè maiori satellitio stipari latus: quapropter eam Philosophus facit, vel personalē quę nostris actionibus vtilitatem quandam & honestatem annectit, vel Oeconomicam, quæ familiæ administrandæ incumbit, & frugiferæ liberorum educationi; vel monetheticam quæ tota est in salutaribus sanctionibus condendis; vel ciuilem, quæ ad Reip. bonum legumque tenacem cultum appellit animum: addit S. Thomas militarem, quæ mirabili disciplina mimerosos exercitus coercere, & quâ ratione hostis adoriendus, quâ repellendus scitissimè edocet. Tantone comitatu cincta Prudētia apud ebriosū diuerte posse credatur? potius apud Garamanthas crediderī. Omnibus enim illis nymphis quidpiā insidet, atq; innatū prauis eius moribus tā aduersū, quā quod maximè. Prędiāne ipsa rei agēdæ deliberationē, eamq; accuratissimam exigit? hic prędceps in omnia fertur. priusne finē prędigit sibi, quā manum operi admoueat? hic temerè & improuisa cūcta arripit. Ipsane de via, ordine & modo agēdi solertissimū init cōsiliū? hic sua cōfusè, prępostere, cęco impetu aggreditur. Hic toties tāti emitur pœnitere. Quę amētia, quę extasis, quę furię ad maiorē prędipitātiā adigūr, quā vinolētia? vnde nisi ab

L. 6. c. 8.

effrenata

vina mixta vti a bum cum heluolo, hornum cum edentulo valetudini aduersentur. Item num meracum salutarius à ientante, quàm à cęnãte potetur. In primis omnem illam mixturam procul reiecit Medicus, quod diuersarum vitium non benè conueniant germina, & propter dissidentes qualitates, quarum vna tardius alterâ digestioni obtemperat, stomacho non mediocriter officiant. Quare separatim sumenda esse, & meridie probari album, quòd celeriores sibi in venas paret aditus, faciliorem lotio viam struat, & humores, qui meatus oppilant, propulset: in cęna verò heluolum seu rubrum, quòd solidiori nutrimento corpus afficiat, nonnihilque astringat. Si vtrumque ad eandem appellit mensam, præponatur, præbiturque album: eadem enim rationis militant, eiusque sententiæ est Leuinus Lemnius de occultis naturæ miraculis.

CAPVT XIII.

1 *Futiles quædam ratiuntulæ aduersus aquæ potum dissoluuntur.*
2 *Frequentiores morbi vbi vsus vini communis est, quàm vbi rarior.*
3 *Calculus potius è vini quàm ex aquæ vsu coalescit*
4 *Quos sensus illius vinũ ac ut ingeniũ*
5 *Hydropisis non ex aquæ potu.*
6 *Nõ ita, vt creditur, stomachũ vinũ fouet*
7 *Insignis medici hac in re sententia.*

IMVM

IMVM inter conuiuas subsellium occupabat præpotens quispiam Colonus turgente aqualiculo conspicuus, quem cùm Princeps animaduerteret purum, putumq; largiter potare, faceto ludibrio perstringens obiecit in pomeridiano Medici congressu ad aquæ præstantiã encomiaque audienda fuisse desiderantũ, vbi scilicet didicisset quã corpori simul & animæ sit salutaris. Quid corpori? ait Colonus, nunquam ad id credendum adducar, præsertim cùm iam longo vsu viderim huiusmodi aquibibulos molestissimam manere hydropsim: ego meliora vini castra persequar, & ego pariter, ait Mathurinus, qui lepidum quidpiam dudum parturiebat, sed limpidum peruelim, nobile, colore, odore, sapore præstantissimum. Quid? aquam mihi propinetis? illam si respuit calceus, quanto magis caput, Ergone ad canum pocula amandabor? minimè verò. Id vnum Italicè didici, *Carne fa carne vino fasangue*: & id vnum latinè, *vinũ bonum acuit ingenium*.

En, Medice, ait Princeps, tibi hæc lepida cuditur faba: nondum istis viris aqua sapit, nec sapiet, credo, nisi iteratâ laudatione eam condieris. Itane, bone vir, subiecit Medicus fixo in Colonum hærens obtutu, nostros fontes exosus es? Ecquas porro ęgritudines creare solent? imò si eas prouincias morborum multitudini patere magis dixero, quo vini sunt feraciores, nihil à vero deflectere censebor:

quæ enim ad septentriones propiùs accedũt, vbi solùm potentiorum mensæ illo ornantur, longius è paralysi, epilepsia, vertigine, podagra, calculo, fluxionib. recedere dicũtur. Quid Exploratum est etiam modicè sumptum, plurimorum capiti non modicam perniciem, stuporem ac hebetudinem conciliando attulisse. Exploratum est solam eius odorationem adeo quibusdam nocuisse, vt cum pedẽ in cellam, vbi recentius adhuc efferuescebat, intulissent, senserint cerebrum funditus commoueri, atque etiam animi defectionem, quæ nonnunquam in mortem transibat. Si ad quotidiana veniendum, spectate ebriosorum facies colore bacchico tinctas, pustulis rubicundis notatas, nempe hepatis adusti symbolum præseferentes. Spectate manus tremulas, frequentes lapsus morbi comitialis indices, denique vniuersas ægritudinum, quas iam meminimus, acerbitates.

Verùm silentio præterire non possum speciosum, qui passim in vulgus vagatur, errorem, quo opinantur plurimi calculi malum heluoli præsidio disterminari. Haud dubiè in eo hallucinantur; nam inest vino virtus *diuretica*, quę secum lentos humores ducit, eosq; ab vsitatâ viaq; cursuq; auocans ad renes, vbi in calculum coalescunt, tacitè transmittit. Sentiat vulgus per eandem virtutem opinionem suam infirmari, quá censet ventriculum

culum piris, pomis, perſicis, præcocibus, prunis, ceraſis & huiuſmodi crudis fructibus onuſtum vino incalefcere oportere, & ſciat hoc ſuum fundamentum malè acceptum ſubrui, *poſt crudum purum ſupple vinum*: quin potius aquam ſuppleri volunt medici noſtri: nam vinum vtpote natura calidum ac ſubtile eſt impatiens moræ, quæ ad macerandos digerendoſque illos fructus requiritur, & qualemcunque chylum ex ijs conflatum reperit, talem etſi imparatiſsimum in hepar & venas tranſuehit: quid mirum propterea ſi autumno inclinante febrium ingens caterua erumpere conſueuit.

Quod verò ad latinum illud adagium attinet, pro re nata à momo prolatum eſſe conſtat, quia nonniſi momicè & bſurdè vſurpatur. Si quæris igitur quod etymon, quis germanus ſenſus verbi illius *acuit*, dicam vinum ex ignauo audacem reddere & temerarium, è verecundo perfrictæ frontis, è modeſto inſolentem: *Acuit*, & exacuit, concitat, inſtigat, accendit, ſed ad vitia: nihil porrò acutum & ſolers ei tribuendum, quod reuera ingenij aciem retundit, & omni vigore & ſagacitate deſtituit.

Nec hydropicus iure fluenta culpare poſſit: aliunde volumina noſtra iſtius mali originem deprehendunt: ipſam hepatis conſtituti-

onem sedulò examinant, cuius si calor rigidus sit & flaccidus, aquam, aqueosq; humores progignit, quibus tanquam ad virtutem altricem inutilibus membra se expediunt, atq; cutem inter & carnem ablegant: hinc totius corporis habitudo inturgescit, & fit aqua, quod per aquæ potum stata hora prælibatum in bonum & defœcatum sanguinem transijsset: vti dum quis febri æstuat, naturæ congruenter aquam deposcit, vt prouideat quo minus sanguifica vis hepatis nimio calore lentescat & debilitetur. Adde multo mero vitalem calorem extingui, quo extincto, quid aliud quã tumor ille hydropicus consequatur?

Attamen, quia stomachi affectionibus cautum volumus, non frigido ac debili aquæ vsum frequentem suaserim: neq; etiam vini esse salutarem dixerim, tum propter vim illam *diureticam*, quâ cruditates multæ concrescunt, tum quod acescens in ventriculo putrefiat, atque illum plus æquo refrigeret: omne enim acidum frigidum est. Vt huic igitur apologismo ad aquæ defensionem instituto finem faciamus, non absurdè erit hic attexere eximij cuiusdam Medici de vino iudicium.

Quemadmodum calx, ait, arboris radicibus adhibita in causa quidem est, cur fructus ex ea colligantur præcoces, sed ei citam mortem affert, ita omne alimentum calidum, sed vinum maximè, stomachum quidem fouet, & vesternum excutit: at simul præproperum

vitæ

vitæ exitum accersit: nam dum natiuum calorem auget, corporis substantiam minuit, & humorem vitalem tacitâ velut limâ atterit, vitam quidem alacriorem sed breuiorē facit.

Postquam Medicus pro aqua aduersus colonum tanquam pro aris & focis stetisset gratiarum actio cænæ finem dedit, monuitque Princeps non ante biduum elapsum solitam celebratum iri academiam, quòd sibi comitia super re haud exigui momenti habenda sint: & quamuis doleret tam nobilem animorum exercitationem, ex qua non mediocrem hauriebat voluptatem interrumpi, speraret tamē fore, vt illa intercapedo cupiditatem acueret, nouosq; suppeditaret animos. Dicebantur negotia illa cum sanctiori interioriq; consilio de ebriosorum punitione transigenda: nec enim diutius prorogari ferebat conscientia.

POMERI-

POMERIDIANVS CONGRESSVS QVARTVS

Moralis Philosophi.

CAPVT I.

1 *Philosophia morata tres habet partes.*
2 *Virtutes morales omnes ad 4. reducuntur principia*
3 *Prudentia variè definitur.*
4 *Ebrius nemicam habet prudentiæ.*
5 *Tres præcipuæ functiones prudētiæ, quibus destituitur ebrius.*
6 *Prudentia docet omnis rei modum.*
7 *Quem semper ebrietas excedit.*
8 *Partitio Prudentiæ.*
9 *Alexander Magnus inter pocula Clytū cōficit. M. Antonij vinolētia.*

QVM iam indicta dies illuxisset, in palatij aulam coiuére omnes, cùm magna incensi cupiditate, tum animo suspensi quid rarum eximiumq; è septem reliqui duo de quæstione allaturi esset, quæ ita iam omni colorū genere erat exornata, vt nullū ingeniosius

osius penicillum, quod lineamentum vel vllum adderet, restare crederetur. Vt vidit Princeps ordines consedisse vniuersos, benignè Philosophum est hortatus, vt Aristotelem morata sua censura hoc vitium damnantem exhiberet, auidasq; Auditorum mentes solidis tanti viri pasceret documentis. Quod haud grauatè sic ordiendo suscepit.

Nolite, viri nobiles, ab hoc exili ingenij mei promptuario, immensam illam, quæ res naturales, diuinas & morales peruagatur, scientiam, quamq; Philosophus scriptis suis velut in exiguo clypei orbe gigantomachiam, depinxit, opperiri: non adeò latè pomeria sua porrigit nostra professio: at solummodo Philosophiæ moratæ, quam Princeps noster in Ethicam, Politicam & Oeconomicam scitè partitus est, limitibus definitur. Siquidē tergemina illa moderatione morum veluti ferula triplici ebrietatem sic castigare conabor, vt è Politica sat nuper enucleata vix quidpiam delibare sit animus.

Ac primo ingredienti mihi quadripartitā illam Ethices palęstram, vbi ipso in limine occurrunt Iustitia, Prudētia, Fortitudo Tēperātia, longū pone se ducentes agmen virtutum earum, quæ ad conformandos depoliendosq; hominum mores secundum rectam rationis normā sunt institutæ: demirandū sanè videtur è tāto numero ne vllā quidē reperiri, quæ temulētiam officioso suo cōsortio dignetur, at potius

at potius aduenientem veluti peregrinam & perfidam è vestigio eliminant. Prudentia in primis cùm iuxta Aristotelem sit *habitus cum ratione vera circa bona humana actiuus*, ita virtutibus omnibus se ducem comitemque indiuiduam præbet, vt sine iudicij, quod mentis oculis vult perpetuò obuersari, adminiculo, in agendo erret fœdissimè ac labatur. Quòd verò rationis ministerium ab eo exigemus, qui eam frequentibus poculis funditus euertit? illumne virtutibus ad rectum ineundum tramitem ducem præficiemus, qui sibi domũ repetenti dux esse nequeat? si prudentia ex eo suam sortita est nomenclaturam, quòd quasi eminus videat, & res futuras præuideat (prudens, ait Isidorus, quasi porro videns, perspicax enim est, & incertorum videt casus; Hinc Græci vocant φρόνησιν παρὰ τοῦ φρονεῖν, id est, intelligere, & sapientem esse) quâ sagacitate futurâ præuideat, qui præsentia vix intuetur? qui lynceus erit ad ea spectanda, quę toto cælo distant, qui talpa est ad ea, quæ naso proximè & oculis obiectantur? si ipsa habitus quidam est intellectus, qui nihil in voluntate prauũ, nihil distortum, sed recta omnia sibi vindicat, quid inordinatum atque distortum magis voluntate ebriorum? *nemo prudens nisi bonus*, ait Aristoteles, & l. 7. c. 11. constanter asserit voluptates esse maximo prudentię impedimento atque eò magis, quò quis impensius oblectatur, vt in libidinis turpitudi-

L. 10. Etym. cap. 10.

pitudine euenire solet, *in qua constitutus nemo intelligere quicquam potest.* Certè si ebrietas sit cæteris voluptatibus aßlecla, huic Venereæ haud dubiè erit prodromus.

Grauissimæ sunt, teste Philosopho, functiones illæ, quæ in deliberationibus, iudicijs, imperijsque exercendis versantur. Vir enim prudens rationes consentaneas ad honestè & decenter faciendum, quod animo est præmeditatus, inuestigat, optimas quasque vias init consultatione tanquam peritissimo duce fretus, & id cumulatè exequitur, quod toties inculcat Aristoteles, *viro sapienti bene esse consultandum.* Deinde prudentiæ officium tum præstare conuenit, cùm id quod in quæstionem venit, æquis rationum momentis expenditur, & tandem faciendum esse decernitur, sed eo modo, tempore, loco, & alijs, quæ ipsi operi virtutis nomen, atque sinceram laudem tribuunt. Quare plurimum conferet non paucas Sapientùm ac Philosophorum selectiores sententias memoriâ complecti, & Christiano homini magna præsidia ad vitę humanæ actiones ritè instituendas adferent Salomonis adagia, & appositissima Ecclesiastę monimenta, si ea quis pro re nata & in procinctu è mẽte possit expromere. Alterum eius munus, quod imperando obitur, quid fieri oporteat, & quomodo præscribit simul voluntatis assensum eliciens, eam ad operandum ingeniosa quodammodo beneuolentiæ captatione pellicit.

ipsa omnes modestię limites est supergressus, rēperātiāq; nimio plꝰ bibēdo profligauit.

Non hac triplici partitione pręses morum sanctissima prudentia contēta est, vult sibi longè maiori satellitio stipari latus: quapropter eam Philosophus facit, vel personalē quę nostris actionibus vtilitatem quandam & honestatem annectit, vel Oeconomicam, quæ familiæ administrandæ incumbit, & frugiferæ liberorum educationi; vel monetheticam quæ tota est in salutaribus sanctionibus condendis; vel ciuilem, quæ ad Reip. bonum legumque tenacem cultum appellit animum: addit S. Thomas militarem, quæ mirabili disciplina mimerosos exercitus coërcere, & quâ ratione hostis adoriendus, quâ repellendus scitissimè edocet. Tantone comitatu cincta Prudētia apud ebriosū diuertere posse credatur? potius apud Garamanthas crediderī. Omnibus enim illis nymphis quidpiā insidet, atq; innatū prauis eius moribus tā aduersū, quā quod maximè. Pręuiāne ipsa rei agēdæ deliberationē, eamq; accuratissimam exigit? hic pręceps in omnia fertur. priusne finē prefigit sibi, quā manum operi admoueat? hic temerè & improuisa cūcta arripit. Ipsane de via, ordine & modo agēdi solertissimū init cōsiliū? hic sua cōfusè, prępostere, cęco impetu aggreditur. Hic toties tāti emitur pœnitere. Quę amētia, quę extasis, quę furię ad maiorē pręcipitātiā adigūt, quā vinolētia? vnde nisi ab

L. 6. c. 8.

effrenata

effrænata cupiditas? vnde inconsiderata facinora, execranda, homine indigna?

Alexander Macedo bis magnus & bello & potationibus fuit, vti testantur ephemerides, quas tradit Plutarchus à Philino domesticis eius in hunc modum exhibitas: Kalendis Aprilis, vel Idibus Septembris Rex è mẽsa dormiens elatus est: ebiberat illum cratera Alexandri nomine percelebrem, domi militiæq; volitantem, quam conuiuæ Rege præeunte in orbem bibere cogebantur. Quodam verò die cùm iteratâ circumpotatione cœnam in multem noctem traherent, cœperunt regiæ maiestatis obliti paulò licentius agere, & Clitus præsertim ei percharus in paucis ex linguę intemperantiâ quidpiam tacendum effutiuit. Rex vino & iracundiâ efferuescens, iam iam ensem stricturus erat, ni è stipatoribus quispiam eum præripuisset: sed irâ magis sæuiente ex alterius manibus hastam extorquet, eamque summa vi in Cliti adigit præcordia, prostrauitque altè edito suspirio expirantem: at simul expirauit Alexandri iracundia, deferbuit animus, ebrietas euanuit, eumque in suos recursantem choleram euomere omnibus amotis telis non daretur, hastam è mortui corpore extrahit, eadem iugulum suum petiturus, ni frequens prohibuisset satellitium. Ergo ad lacrymas ventum est, quas diu noctuque fundens, humique prostratus vix vllius admittebat solatum. Prô quantus Monarcha

narcha Alexander ebriùs pro quam vilis homuncio Alexander ebrius. Vinum solum, modò eum præcipitem ac temerarium in rebus agendis reddere poterat, vinum solum modo ad ea perpetranda adegit, quę non solum bellicę virtutis, triumphorumq; gloriã penitus extinxêre, sed etiam doloris vehemẽtissimi & inconsolabilis aculeum in animo sępissimè reliquêre. Verum vtinam his suis malis sapuisset, vtinam non aliena pericula, sed sua cautum aliquando fecissent. Ecce aliàs à medio exercitus ductore ad cænã inuitatus & quãuis lautè prãsus ire non renuit: nec renuit ad haustus æquales prouocatus tam diu respondere, donec vino mortiq; succubuit.

Marci Antonij latini hominis non minus infelix, quã illius Grę:i fuit exitus. Hic Romano in Imperio decus primarium, in Triumuiratu Princeps longè maximus, cui Cæsar ætate lepidus potentia cederet: attamen quàm turpiter, quàm imperitè militarẽ disciplinam tractauit? quot negotia tum ciuilia, tum bellica, nec statotempore nec loco præcipitanter arripuit, quæ cum videret infaustissimos sortiri exitus, sibi tandem nefarias manus attulit. Hæc omnia soli vinolentię accepta referunt historici: totus enim luxuria diffluebat, totus conuiuiorum exquisitissimorum magnificentiæ erat deditus, totus diu noctuq; etsi latinus pergræcabatur

CAPVT II.

1 *Ebrietas mentem depranat, & ad prudentiam inhabilem efficit.*

2 *Prudentia sol animæ, vbi non est, ibi manca noxiaq; omnia.*

3 *Prudentia tam prosperis, quàm aduersis emicat.*

4 *Ebrius multas ob causas iustitiæ vacat.*

5 *Vtrum mulier vidua cuius maritus bona vtrique communia prodegit, possit occulta compensatione vti.*

SI forsan, viri nobiles, mentes vestras ex Aristotelicis illis partitionibus, quæ meridiana luce sunt clariores, ad quasdam secretiores latebras deduxero, nolite tam in circumfusas Philosophiæ tenebras, quàm in sincerum veritatis lumen intueri. Et quoniam exponere nobis constitutum est ebriosorum animos non solum à nobilissimæ reginę Prudentiæ præsentia remoueri, sed etiam ad eã excipiendam planè inhabiles effici, memoria quæso recolite argumenta, quæ Medicus ad commonstrandum, quantopere ebrietas cum animæ rationalis facultatibus, functionibusque

que pugnet, attulit: non iam ea opus est iterum inculcare, cum satis constet, quicquid intellectui inimicum est, etiam esse prudentiæ. Sunt verò aliæ quædam eius partes, quas Philosophi *integrantes* vocant ad absolutam suæ parentis perfectionem procurandam obsequentissimæ, scilicet memoria, rerum præsentium intelligentia, docilitas, seu discendi desiderium, sagacitas, prouidentia, ratiocinatio. O insignem Amazonum turmã, quibus ita fideliter conspirantibus quid possit officere? quid? vnica temulentia, quæ se hostem capitalissimam profitetur, totidemque eis velut hostiles copias opponit, incuriam, stupiditatem, scientiæ fastidium, ad futura cœcitatem, ad præsentia caliginosum aspectum, pigram imaginationem, rerum propriarum indiligentiam, inconsiderationem, magnam denique; temeritatem: ex his veluti calonibus, sicarijs, prædonibus suum conflat exercitum, qui cerebrum sensim deprauant, pulcherrimam illam harmoniam temperiemq; dissoluunt, sensus ac prudentiam exterminant, ad suijpsius, familiæ, ciuium moderationem prorsus ineptum reddunt.

O quanta prudentiæ iactura! cum enim sit animæ oculus, idemq; quod orbi Phœbus, necesse est ea absẽte omnẽ virtutẽ in vitiũ verti, omnẽ actionem mancam, omne consilium cœcum esse. Illa sola gnara est boni

humanis conuenienter vti: per illam gloria, sanitas, fortitudo, venustas, diuitiæ gratæ sunt, honorificæ, perutiles: absque illa ingratæ, inutiles, damnosæ, nec non inhonestant possidentem. Ab huius ductu magis humana vita quàm ratis à nauarcho pendet, qui nec procellas pro arbitrio sedare, nec ventorum vehementiam coërcere, nec opportunè tenere portum, nec intrepido animo siniſtros euentus sustinet opperiri. Animus contra solo prudentiæ telo armatus his omnibus supereminet, & infaustissimos quosque casus victrici plantâ proculcat, siue prosperæ secundæq; res aspirent, siue aduersæ ingruant, vir prudens non ideo Proteus, sed idem sibi, sed interritus, sed infractus: seueriores quidem tempestates & procellas, si prospiciat, pro virili declinare conatur: si autem ex improuiso accidant vel aliò vela oppandit, vel sereniorem auram exspectat, vel certè generoso obdurat animo. Satis nouit Autumnum alij frugiferũ, alium naturâ alternante infœcundum, nouit mari modò malaciam arridere, modò decumanos fluctus incubare, nouit, quòd Poëta canit:

Quæ rota continuo complexa volubilis orbe est,
Saua remergit humo, quæ modò ad astra tulit.

Sic in rebus humanis vtramq; personam & Iri & Crœsi sustinet, eamq; solertiam videtur assecutus, vt nec elatus fiat insolentior, nec depressus

depressus animum abijciat, quem hominem Seneca non solùm beatissimum, sed Deo simillimum iudicauit. O miseram ebrij sortem, qui illam mentis æquabilitatem quodammodo sibi inuidens se maiori delectatione frustratur, quã ex suis potitationibus sit aliquando consecuturus.

Enimuero considerãti mihi num forsan tres aliæ comites Iustitia, Fortitudo, Temperantia sibi vinolentiam contubernalem patiantur, subit nexu ita indiuiduo prudentiæ sociari, vt si eius præsidio careant, vix nomen virtutis promereantur. Hinc illa prudẽtia, quæ delicijs diffluentes colligit & coërcet, continentia & temperantia nuncupatur, & eam, quæ in periculis laboribusque subeundis versatur, patientiam & vigilantiam nominamus, & quæ in contractibus negotijsque ritè conficiendis, æqualitatem & iustitiam: si ergo hæternæ sorores intimæ nonnisi prudentiæ nomine adumbratæ in virtutum circo parere audeant, quî in mente ebrij, vbi ne eius micam reperire est, residere præsumamus?

Sed hæc generatim dicta non satis causę iugulum petunt, ni singulas in arenam descendere iubeamus, ac primò Iustitiæ romphæa aduersarium nodum dissoluamus. Quo telo quis tuebitur ebrium iustitiæ studere & æquitati, nullo ære alieno teneri, suum cuiq; tribuere? Id ne præstet, qui profligato rationis

imperio quotidie suã aliorũmq; vitã, qua nihil est carius, in euidẽtissimũ discrimẽ adducit? an vlla maior iniustitia possit excogitari? Non prisca illa homicidia ab inferis excitemus: hanc paginam implerent innumeræ cædes ab Alexandro vno perpetratæ, non hostium, sed amicorum, qui ebriam eius manum atrociorem quàm bellicam persensêre. Non breue adeo in hisce partibus oppidum, quod non luculentam similium exemplorum segetem suppeditaret: testes sint frequentissimi libelli summo Principi supplices pro venia ijs, quos temulentia ad homicidij crimẽ adegit impetranda. Quid referam profusos illos ac perditos nepotes, qui in helluationes quotidianas rem domesticam, remq; liberorum immanissimè insumunt, renuentesque illud Aristotelicum agnoscere *filius veluti pars à patre abscissa*, quam alere ac fouere teneantur, quasi omni vinculo soluti audent impijssimæ libertati quodammodo votum nũcupare? An ignorant hancobligationem tam multis astringi nominibus, vt quamuis iustitiæ vinculum grauissimum, strictissimumq; sit, non tamen eo titulo contenta, pietas velit appellari. Meritò etiam iniustitiæ eũ insimulemus, qui sua in mensas effusissimas prodigendo non habet quovxoris famem expleat, vxoris inquam, cui omnia statui congruentia, tum in victu, in vestitu, & in mundo muliebri debeat prouidere. Si iniustitiæ labe non

L. 8. c. 12.

be non inquinetur, qui ea decoquit, quæ non minus vxoris sũt quã sua, qui eius inuitę portiones dissipat, qui omnẽ alẽdis prolibus prę-cludit viã, quis tandem censebitur inquinari? an eum forsan latet mediam peculij partem ab inito matrimonio cõfecti ab vxore adiri, solãq, eius penes maritũ esse administrationẽ, idẽq; de dote esse dicẽdũ. Audiat quiddam amplius, quod mihi nuper ex primario Theologo sciscitanti re ad ex actissimam eruditissimorum authorum libellam expensa responsum est, huiusmodi prodigo demortuo debere hæredes superstiti vxori restituere ea, quæ in comessationibus, vel illicito aliarum fœminarum consortio impiè decoxerit, imò adijciebat, si à viri decessu magnis se intricari difficultatibus, litesq; nodosissimas intendi animaduerterit, posse ad clandestinam compensationem confugere. Nulli verò author sim vt huiusmodi Theologica nixa positione damna coniugalia sarciat, ni prius pio iuxta ac sapienti viro causæ suæ momenta exposuerit.

A nauarra L. 3. de rest. c. 1. n. 19.

PRINCEPS. Plurimũ sanè fœminis velificatur hæc positio, ab eodem Doctore lubẽs petierĩ nũ de aleatorijs ludis idem sit iudiciũ quod enĩ vorauit alea reuomere acerbum est.

PHILOSOPHVS. Eidẽ, quæ tũ fuit, dubitationi responsio mihi dispar, ratioq; accessit; quia in cõtractu fortuito, cuiusmodi est lud⁹, dãna vtriq; cõmunia definiũtur, nisi fortè a-

leator ille nouercante peue in omni iactu fortuna & tempus & pecunias reluctante vxore sic tereret, vt in tanto bonorum prodigendorum discrimine meritò dissentire crederetur. Quæ cùm ita sint, neutiquam iniustitiæ scopulos effugient viri ebriosi, quandiu rem familiarem popinis quodammodo transcribent, quandiu perpetim comessando æs alienum tam grandè facient, vt domesticum nunquam dissoluendo esse possit. Non dicendo finem facerem, si aliam iniustitiæ notam, qua nulla capitalior est, eis vellem appingere. Non solum æs, sed alienum thorum impudentissimè inuadendo, sanctissimum vinculum matrimonij sacramento firmatum insignitumque diffringere non verentur. Quæ tãdem erit iniustitia, si ibi concedatur immunitas, vbi duplici connubio grauissima infertur injuria, duplexq; crimẽ cõmittitur ab eo, qui vxoria necessitudine illaquatur. Possẽ etiã detraction s addere, cõuitia calũnias, cõtumelias dicto factoue irrogatas, centumque similes iniurias, aut potius furias, quę vinolentiæ non minus quàm lumen soli, calor igni, siccitas telluri adhæresçit.

CAPVT

CAPVT III.

1. *Ebrius fortitudine exuitur.*
2. *Etiam temperantia.*
3. *Non est solida ebriorum voluptas.*
4. *Quam densa malorum caterua cingantur.*
5. *Intemperantia vilissimum & sordidissimum scelus.*
6. *Animæ supra quam dici potest detrimentosum.*

AD se me vocat generosa illa virtus, quæ suscipit, subitque omnigenas difficultates, quodcunque malum inuicto animo exanthlare conatur, & solâ specie honestatis, aut communis salutis amore pellecta extremum vitæ discrimen, ac fortunarum dimicationem adire non recusat. Ast appetitus naturalis violentiam, qua quisque vitæ conseruandæ studet impensissimè, domare is possit, qui à seipso rem facillimam, vti à nimio potu sibi temperet, nequit extorquere? Quâ fronte, quo supercilio cruorem è plagis suis manantem intuebitur ipse, cuius oculi solum in vino & cyathis innatant?

PRINCEPS. Vir doctissime, quid narras? videtur sane ebrius huius virtutis laudem apprimè consecutus, cum nulla ducatur formi-

dine, nõ tergiuersetur, sed interritus oculisq; irretortis in obuia quæq; pericula feratur.

PHILOSOPHVS. Ita est, sed nihil magis fortitudinis eneruat robur, quàm omnis timoris expertem esse. Non fruſtrà Aristoteles *l.3.c.7.* tres affectiones cum masculâ illâ virtute pugnantes ponit: quarum prima est θρασύ latinè ignauia, altera audacia, tertia ἀφοβία seu timoris vacuitas, quã heroica nostra fortitudo longe è castris suis semouet tanquam sibi maximè dissentaneam: non enim ipsa solummodo timorem moderatur, & castigat, ne forsan à ratione præstitutos excedat limites, sed etiam eundem quandoque ad malum fugiendum, cum humanas vires prætergreditur, nec illud perpetiendi iusta subest ratio, extimulat. Quis porro sapiens terræ motibus, procellis, fulguribus, naufragijs, copijs, multitudine innumerabilibus nullo virtutis incitamento præuio caput obiectet? nihil in huiusmodi casibus extimescere probro vertitur, timor autem laudi. Congruentes igitur Aristoteli dicamus, qui *l.3.c.7.* à furioso ac vesano homine omnẽ expellẽs metum, in ebrio timoris absẽtiã insaniæ ac furoris nõ fortitudinis censet esse argumentũ. Huic plane affinis est audacia aut potius temeritas, quę arma temulẽto, sed intempestiua ad obuium quemq; antagoniſtam adoriendũ subministrat: nec eum cogitat aduersarium sobrium esse, eaq; re se robustiorẽ, sed fingit lõgè inferiorẽ, imbellem

bellem, de Myrmidonum genere fugacem, eoque fretus animo irruit, & miserrimè vitã suam prodigit. Quid genuinę fortitudini magis inimicum? vocat huiusmodi προπετεῖς proiectæ audaciæ homines, qui quod habent cariſsimum ludibrio & infeliciſsimæ aleæ exponunt. Alios producit, quos θρασυδείλους nominat, seu audacitimidos his verbis depingẽs: *Initio sunt præproperi, & antequã res vrgeant adire pericula volunt, in ipsis periculu cedũt, in bello cerui, in pace leones. At viri fortes in factu ipsis sunt acres & celeres, ante facta sedati & quieti.* Profectò huiusmodi actiones magis inter se inuicem, quàm vterque polus discriminãtur.

Nunc verò dubito an temperantiam in cõtentionem velim adducere: sane vix operæ pretium est: non sic album à nigro, dulce ab amaro, pigmenta à cœno, vti ea ab ebriâ mente expungitur. Illa appetitus, tum qui ad gulæ titillationem, tum qui ad venerea tendunt, cohibet seueriſsimè: hæc vtrique laxiſsimas habenas indulget: illa mensis ponit modum, & certis claudit repagulis: hæc omnem modum respuit, auream mediocritatem aspernatur, vultque latiſsimum campum ad omnia, quæ potum, epulas, carnem sapiunt, aperiri, eumque Elyſijs spatijs, imò æternæ beatitudini prę optat. O iudicium non ab homine sed à pecude profectum! quanto sanius Aristotelis quãuis solo naturę instinctu prę-

diti, qui lasciuas, atque obscenas volupta- *l. 10. 2.*

tes

tes, neutiquam patitur solidis gaudijs annumerari: quod solum tales ijs, quibus animus æger est, videantur.

Quicunque nosse volet, in quo sita sit vera puraque voluptas, parumper examinet, quibus incitamẽtis, quâ illecebrâ germanus virtutis cultor prolectetur: omnes actiones, & delectationes, quæ exactissimæ eius regulæ admetientur, sincerumque eius animum recreabunt, solas verasque esse oportebat: & quamuis aliorum iudicia discrepent, non ijs insistendum, quia erratica, quia cæca, quia non ad rei genium, & fibram dirigũtur. Eos Philosophus pusionibus persimiles facit, qui nuces & crepundia, quæ viri flocci pendunt ardentissimè amplectuntur. Ecce quo loco vir magnus reponat ea, quorum violentus se vilissimum facit mancipium: non minore eosdem notat ignominia moratę philosophiæ dulce decus Boëtius: *Quid autem, ait, de corporis voluptatibus loquar? quarum appetentia quidem plena est anxietatis, satietas pœnitentiæ, quarum motus quid habeat iucunditatis ignoro. Tristes vero esse voluptatis exitus, quisquis volet reminisci libidinum suarum, intelliget, quæ si beatos efficere possent, nihil causæ est quin pecudes quoque beatæ esse dicantur.* Bone Deus quanto cum animę dispendio intemperans corporis solatiola consectatur, cum tamen sæpenumero potius fumos, quàm ipsas captet voluptates.

l. 3. de consol.

Non

Non possum quin subijciam sententiosum Senecam, si non Christianum maximè tamen Christiana insonãtem: *Quis hostis in quemquam tam contumeliosus fuit, quàm in quosdam voluptates suæ? quidam se voluptatibus immergunt quibus in consuetudinem adductis carere non possunt, & ob hoc miserrimi sunt, quod eò peruenerunt, vt ijs quæ super vacua fuerãt facta sunt necessaria, seruiũt itaq; voluptatibus suis, nõ fruũtur, & mala sua quod malorũ est vltimũ, amant.* Nõ existimo, viri nobiles, ingratum fore, si rursum eum loquentem quasi in proscenium induxero. *Indurandus est animus, & à blandimentis voluptatum procul abstrahendus. Vina Hannibalem hiberna soluerunt, & indomitum illum niuibus, atque alpibus virum eneruauerunt fluenta Campanæ. Armis vicit, vitijs victus est. Nobis quoque militandum est quodam genere militiæ quo nunquam quies nunquam otium datur. Debellandæ sunt imprimis voluptates, quæ vt vides fera quoque ingenia ad se rapuerunt: si voluptati cessero, cedendum est dolori.* Epist. 52.

Annectit postea aliud malum voluptatis, quod à Cicerone mutuatur: *Impedit consilium, voluptas rationi inimica, ac mentis. vt ita dicam, perstringit oculos, nec habet vllum cum virtute cõmercium.* l. de Senect.

Quod efficacius telum in blandam illam mer triculam possit intorqueri? & reuera illa accedente, quicquid in homine masculum est ac generosum mollescere ne-

cessum

cessum est: quicquid verò molle ac effœminatum per gulam quasi per pseudotyrum intromitti, fitque vt quodammodo brutum induendo à natiuâ suâ excellentiâ degeneret, nihilque amplius sublime, magnificum, diuinumque sapiat.

Gaudeo propterea non solum meo, verum sanissimo Aristotelis iudicio ἀκολασίαν, seu intemperantiam inter omnia scelera, quibus natura humana obnoxia est, reputari impurissimum, turpissimum, infamissimum, omnique dedecoris notâ inurendum. Quid turpius, quàm, vt vilissimis sensuum titillationibus demulcearis, splendidissimam rationis pharum obtenebrare, eaque obtenebratâ belluarum societati ascribi? Quid magis infame, quàm in fidem & clientelam appetituum terræ adrepentium se conferre? Quid indecocum magis, quàm abdomini suo viuere, absurdissimoque ventri ancillari? In cæteris vitijs quantumuis vituperabilibus, solet semper quæpiam ingenij aut industriæ scintilla emicare, solet magnanimitatis vmbratilis quidã fucus supereminere: in lasciuis quid magni, quid generosi, quid non homine indigni? Nemo ita hebes, ita rudis, ita pinguiore Minerua donatus, qui non in huiusmodi ingurgitationibus palmam sapienti, nobili, ingeniosissimo cuique posset præripere. Quid tu voluptuarie nisi infame prostibulum, cælestis patrimonij

l. 3. c. 12.

trimonij vorator, ferarum socius, carnis mancipium, ingenitæ nobilitatis corruptor? Quò cæcus ruis? nescis tuas libidines non minùs animæ rationali detrimentosas, quàm plenas infamiæ? sensim tibi (quod malorum summum est) omnem facinorum, criminumque memoriam extinguunt, omniqúe sublatá religione summam peccandi licentiam aperiũt.

Verum quidem est intemperantem olim nascentes appetituum stimulos suppressisse, iudicijqúe regulam seruasse infractam: & licet quandoque motuum vehementiâ impulsus rationis ductum prętergrederetur, sequereturqúe illud poeticum:

——— Video meliora proboque,
Deteriora sequor.

Poterat tamen assurgere, prœliumque redintegrare, iterumq; victus cadebat, sed pene inuitus. Tandem inueterato multarũ libidinũ vsu sopita est ratio, victaq; & suis vincta vinculis dedidicit prœliari, & quàm voluptatem priùs velut hostem persequebatur, beneuolo assensu excepit, probauit, laudauit, turpemque peccati fœtum velut vrsus exosculata est. Id si quis è quotidianâ experientiâ clariùs velit elicere, aduertat hominem cum iam primum cœpit voluptatis inire viam, rationis adhuc fræno, ne forsan à recto tramite deflectat, cohiberi: sed reluctatur, tam diuque recalcitrat appetitus, donec tandem laxentur habenę, præcepsque in cupitos

fera-

feratur amplexus, quod quidem impetrat, sed nõnisi multis stimulis punctus repũctusq; Emenso autem aliquot annorum suauiter in comessationibus ac delicijs curriculo, appetitum inter & rationem celebrantur inducię, imò pax, sed iniquissima intercedit, ea lege, vt ratio depositis armis in posterum tyrãnico appetituum imperio subiaceat, integrãq; potestatem faciat cupiditatibus sẽsuum omnium administris per omnia libidinis castra impunè vagandi. Hinc euenit, vt non solum affectus, sed etiã ratio hac consuetudine corruptelaq; deprauetur, vesanũq; de rebus ferat iudicium, fitq; vt illa moderatrice expulsa, & suppressis sanę conscientię aculeis, homo virorum proborum salutaribus monitis obsurdescat, aurem lenocinantibus sirenũ cãtibus aperiat, accidatq; illud, quod ait Sapiẽs:

Prou. 18. Iob. 18. *Impius cum in profundum venerit, contemnit: & Iob. Bibunt quasi aquam iniquitatem.*

En voluptuarię vitę finis, en ebriosorũ scopus, en fructus acerbissimi è ferali voluptatis arbore collecti, quosq; Archias Princeps Tarentinus ita oderat, vt meritò apud Ciceronẽ 1. de Senectute dicat, nullam corporis voluptatem periculosiorem pestem homini incessere, & ipsemet Cicero l. 2. de finibus, *voluptatem*, ait, *bestijs concedamus, sæpius relinquit causas pœnitendi, quàm recordandi. Quid enim necesse est tanquam meretricem in matronarum cœtum, sic voluptatem in virtutum concilium adducere.* Eodem

dem libro Diuinus Plato eam improborum escam nuncupat, quod piscium more ea inescati homines adhamentur. Periander è 7. Græciæ sapientibus docebat cuique magnopere cauendum ab insolentissimo eius dominatu, ἡδονῆς χράτει voluptatibus impera. Denique Aristoteles eius calcem non frontem inspiciendam esse, quod venustissimo fuco adumbrata accederet, absecedēs verò acerrimum doloris aculeum relinqueret.

CAPVT IV.

1. *Cum vita omnis voluptatis expers esse nequeat spiritualis quærenda est, talem nobis philosophia ministrat.*
2. *Talem etiam veri cognitio, & historia, maximè autem Mathematice.*
3. *Continua virtutis exercitatio verum & sanè liquidum voluptatis sensum superfundit.*
4. *Ad hanc intemperatè viuentium deliciæ nihil sunt.*

MVltis, nō dubito, austerus nimiū, atq; ab illâ naturę benignitate, quę nō minùs omni carere voluptate quàm spiritu, sine quo vita nō ducitur, difficile existimat, alien⁹ poterovideri: sed falso nō hbrā gero adeo corneam, nō ita omnē humanitatē exui, vt hominē quauis delectatione destituere, & velut as-

perũ quendam truncum instituere aggrediar: minimè vero. volo gaudia, volo recreationes, volo voluptates, sed quæ animum pascant, nõ solum cutem titillent, quæ rationis ductum sequantur, non solùm quæ cum belluis sint communes: eas vt consequamur, nobis ad cõtemplationem, & commentationes philosophicas Aristotele duce est confugiendum. Illas enim è commendat tanquam puris & solidis voluptatibus refertissimas, nulloq; mœstitię nœuo permistas, quemadmodũ cęteręq; quę è sensibus cibo potuq; refectis hauriuntur, eã mentem suam cum in Ethicis quasi digito indicasset, voluit in politicis iterũ firmis rationũ põderibus stabilire, ratũq; facere alũde, quã à philosophię studio oblectamenta solida cõquiri posse, & ibi, si vsquã alibi officinã recreationibus quãto maximis aperiri. Vnde enim maius gaudiũ mẽs humana queat percipere, quã ex cognitione rerũ omniũ, quę suo sinu cõtinet orbis vniuersus? Quid in amplissimo terrarũ ambitu adeo retrusum est, quod nõ ipsa penitissimè perscrutetur? Quid è vastissimis corporibus siue aqua, siue aere, siue tellure, siue igni cõcretum est, quod non acuratissimè inuestiget ac comprehendat.

l 10. *Eth.* *c* 7.

Illa temporis, motus, locorũ, & similiũ, quę ab hominũ notione sunt remotissima, naturã subtilissimè rimatur. Quid piamne pręclarius, quã ingeniosissimã humanę fabricæ architectationẽ singiliatim explicare? Quid piãnè sublimius,

limius, quàm animũ eiuſq; facultatẽs, quaſi è ſpiritalibus & inacceſsis latebris poſſe eruere? hoc philoſophiæ acceptum referre debemus. Quis inuios cælorum cardines peragrat? quis ventorum, fulgurum, pluuiarum, & infinitorum metheoricam originem introſpicit? an non philoſophus? Imò ipſius cœli magnitudinem & capacitatẽ metitur, eius gyros, circuitiones, ſtellatamq́ue aciem enumerat, irretortis oculis radiantem ſolis faciem intuetur, de eius magnitudine, naturâ, defectibus acutiſsimè diſſerit, qui in hoc orbe noſtro inferiori ſui monimenta pariat, ſcire ſatagit, ſciendoq́ue incredibili iucunditate perfunditur, cæteraſq́ue ſenſuum delicias præ ijs aſpernatur, & veluti crepundia reputat. Denique audace pennâ non tamen Icariâ decem cæleſtes globos præteruolans à ſpiritibus Angelicis, quos intelligentias vocant, ingentes illas machinas volubilitate inexplicabili, & nullo temporis puncto intermiſſo circumagi demiratur. Fruitur tandem diuinæ naturæ contemplatione longè iucundiſsima, eaq́ue alitur quodammodo & beatur: quæ tanta eſt, vt veteres Græcorum magiſtri ſub allegoriarum inuolucris Deum nectare & Ambroſia potari paſciq́ue dicentes, non aliud innuebant, niſi voluptatem illam, quam Ariſtoteles à contemplationis vena ad ſpeculatricem mentem profluere deprehendit, cum diceret: Rerum diuinarum

est scientia, est etiam humanarum : at illius stillam malim, quàm huius immensum mare, tum quod ardua, sublimis, eximia, vno verbo diuina, tum quòd totam mentem ad se rapiat, & liquidissimis expleat voluptatibus, quarum ebrij, & voluptuarij nostri græcando & lasciuiendo ne vmbram quidem assequũtur.

Non mitiore ferulâ Epicuri de grege porcos castigauit Plutarchus, quòd sinceram voluptatem, ne dicam beatitatem à corpore & sensibus emendicarent: aliunde omnino petẽdam opinatur, vel ab ea facultate animæ, quæ veri commendationibus dedita est, vel certè ab eâ, quę nonnisi grandia & honorifica meditatur ac facit. Quàm iucundam porrò ab illâ antiquitatis magistrâ cognitionem accipimus, quę anvtilior, an delectabilior sit nescio. Ad se accedentes gratissimo pastu proritat, recedentes cum insaturabili sui desiderio relinquit. Modò in illâ quasi in proscenium veniunt virorum illustrium res præclarissimè gestæ, modò exitus inopinati, modò præclarissima facinora, eaque terso & eleganti stylo exornata.

Verùm subtili Mathematices disciplinæ herbam porrigunt omnia scientiarum delectamenta. Quàm mirabiles insignis eius varietas sui amores in antiquorum animis excitauit! quot è mollioris vitæ laqueis, quot tè fulgido diuitiarum cœno ad se rapuit. Archimedes ita totus in figuris Geometricis deli-

delineandis fuisse traditur, vt à famulis non rarò esset auocandus,& ad balnea, quorum vsus illo æuo erat frequentissimus, pertrahendus. Quin & in thermis ipsis existens mathematica lineamenta strigili, quo fricabatur, in cute figuraret. Quantis oblectationibus in Geometriæ, Astronomiæ, Scenographiæ exercitationibus veterem illum Euclidem, & alterum nostra ætate Christophorum Clauium, quantis Socratem, Platonem, Aristotelem delibutos fuisse augurabimur? Esse etiam in picturis, & ingenioso penicillo summam voluptatem in quam plurimis patuit, tũ præsertim in Nicia, qui olim in euocatione, & adiuratione animarum, quam ab Odyssæa Homerica mutuabatur, pigmentis effigianda occupatissimus, ita rapiebatur animo, vt sæpius suos rogitaret, num pransus esset, cumque vltimam manum tabulæ cuidam adhibuisset, ne quidem illam Ptolomæo Aegypti monarchæ quamuis plurimùm licenti addicere voluit, maluitque oculos industrio opere suo recreare, quàm 36. millibus aureorum cistas suas locupletare.

Ad vitam illam, quę in cõtinua virtutis exercitatione versatur veniamus: quam cum Plutarchus incredibilibus gaudijs & menti maximè consentaneis cumulatam esse scripsit, nihil ipsâ experientiâ alienum est professus. Nam quid non hilaritatis Aristotelẽ persensisse credemus, cum natalitiã ciuitatẽ suã,

quæ funditus deleta iamnum sylueſcebat, reædificari curauit, in eamque extorres ciues poſtliminio reuocauit? Et vt è ſacris quidpiam delibemus, quanto gaudio Heroicas illas fœminas Iaelem, Deboram, Iuditham, Eſtherem, colliqueſcere parerat, vt viderunt ſe viribus pluſquam humanis hoſtes Dei capitaliſsimos interemiſſe. Quis Sampſonis immenſam lætitiam, dum mille Philiſtinos ſolâ aſini mandibulâ proſtratos victrici plantâ calcaret, dicendo explicabit? Silentione præteream Dauidem, qui ſolus & inermis, & in ipſo ætatis vere ingentem illam molem, fundæ ictu deturbauit, eique ceruicem enſe proprio amputauit? Huius facinoris ſola recordatio vberrimam eius animo conſolationem adferre, omnemque mœſtitiæ nubem depellere valebat. Quid referam innumerabilem hominum multitudinem, quorum inuictus, infractuſque animus Tyrannorum ferociſsimos impetus repreſsit, tela retudit, faces extinxit? Quid tenellas virgines memorem, quæ forcipes ignitas, ſartagines ardenti pice horribiles, ſubulas acutiſsimas, artuum lanienam, ſalem carnibus affrictum, mordaci aceto recrudeſcentia vulnera, quicquid deniq; cruciatuum illi Dæmonum adminiſtri, excogitare poterãt, maiori cũ lætitia, quã cum dolore exãthlarũt. Sed quænã iſthæc gaudia quænã rogas? ipſos adito martyres, & alius ſe in molli roſâ recubare ingenuè fatebitur, alius cœleſtem auribus

ribus personare harmoniam, alius ecstasi iucundissima abreptus nullam sua forte felicio-rem deprædicabit.

Et ebriosus quispiam abiectissimas suas & impurissimas voluptates, quæ solùmmodo è cella vinaria, è culina, è popinis, è lupanaribus percipiũtur, cum his audeat cõponere? procul, esto profane, procul ab inæstimabili nitidissimarũ animarũ pabulo. Quæ carnẽ sapiũt, potius impœtiginẽ quãdam aut pruritũ hædis & porcis genuinũ creant, quã liquidas voluptates. Quid quæso boni & iucundi, vbi non magis quã pecudi inest spiritualiũ rerum sẽsus, vbi omnia honestati, virtuti, humanitati contraria, vbi de curanda cute, penè sola summaque est cogitatio, de faucibus è rubro fœte aspergẽdis altera, de farciẽdo vẽtre nõ postrema, rebus verò diuinis ac philosophicis commẽrãdis nulla prorsus relicta est? Dum enim sursũ sese animi erigere nitũtur, illico spõtaneo inueteratę cupiditatis põdere ad ima vergũt & ferũtur. Quin saltẽ vir ebriosus ac voluptuarius prospiciens voluptatis florẽ inclinãte in seniũ ętate emarcescere, & sẽsum illũ, qui è potu, cibo, & carnis oblectamẽtis conquiritur simul cũ homine consenescere ac emori, quin sibi, inquam, in steriles illos annos delectationum spiritalium vbertatem prouideat, vt morbis, & angoribus, quos secum abęũtes anni deuehunt grauatus, habeat quo sepascat, exerceat, iucundetur.

CAPVT V.

1 *Ebrietati nulla prorsus in animo virtus contubernalis.*
2 *Aduersatur scientiæ Politicæ.*
3 *Vita Magistratus integra, & nulli obnoxia sit vitio oportet.*
4 *Omnium oculi in eius actiones conijciuntur.*
5 *Potestas cum ebrietate coniuncta periculosa.*
6 *Ebriosus & suas pessundat, & alienas non curat fortunas.*

VIDIMVS non sine dolore luctuque nullum inter 4. illas moratas virtutes, & intemperantiam commercium affinitatemque posse intercedere: nunc me video quodammodo ab honestissimo cæterarum virtutum cætu inuitari, vt propalam testatũ faciam ipsas omnes & singulas communi assensu decreuisse, vt è castissimo suo collegio eadem penitus explodatur. Cùm enim ita stricto inter se vinculo colligentur, vt vna in animi arcem introducta omnes subsequantur, sic etiam à mente ebrij vna expulsa necesse est exterminari vniuersas. Cogitate id non solùm à Catholico authore, sed etiã ab Ethnico Cicerone *l. 2. de finibus bonorum & malorũ*

ratum

ratum haberi. Maximas verò virtutes, inquit, iacere necesse est voluptate dominante.

PRINCEPS. Si quæ aliàs de hoc dicendi genere à Philosophis inaudij, nonnisi perpetuo fuere iucunda: quæ iam à tuis mirothecijs fluxêre, meis auribus iucundissimæ acciderunt: ideoque nouos intermiscere sermones destiti, quod te audiendi cupiditas nullã pateretur intercapedinem. Visum tamen est tibi delitescentem in animo voluptatem prodere, quò magis ad tripartitum illud Philosophiæ moratæ curriculum conficiendum exercitarere. Iam Ethicam facultatem feliciter & generoso pede decurristi, ad Politicam, credo, & Oeconomicam eodem, quo cœpisti progredi non pigebit.

PHILOSOPHVS. Non possum, Princeps optime, quin eas explanando initam orbitam & quidem lubentissimè persequar: sunt enim ad implacabile odium, quo bellua hæc nostra in moratam virtutum coronam fertur pernoscendum apprimè necessariæ, atque etiam inurbani hominis notam incurrerem, si tam gratiosæ inuitationi, ac tam continenti omnium vestrum attentioni minimè velificarer.

Etsi magnam rerum Physicarum exploratores tradant Leonem inter & Gallum, olus inter & vitem, murem & elephanta antipathiam interuenire: semper tamen politiam, boniq; publici administrationem longè ma-

gis ab insanis ebriosorum gubernaculis abhorrere existimaui. Res nuper sat amplis deducta spatijs facit, vt me breuioribus cãcellis possim coërcere. Tam certum est in quouis Reip. moderatore prudentiam ac sapientiam exigi, vt vix aliud Philosophorum libri decantent, vix aliud sacræ Salomonis paginæ præcipiant, vix aliud tota exemplorũ vetustas inculcet. *Prudentia*, ait Aristoteles, *propria est præsidentis*: quid propria, imò necessaria, nec arbitrer eâ sine ingenti sibi subiectorem dispendio, carere posse: porro omne bonum quod ab eius potestate ac authoritate pendet, non in magnitudine ipsius dignitatis, sed in prudenti earum vsu & tractatione consistit. Sed vocem audite sacratiorem: *Si delectamini sedibus & sceptris ô Reges populi, diligite sapientiam, vt regnetis in perpetuum.* Et iterum: *Diligite lumen sapientiæ, qui præestis populis.* Et aliàs: *Concupiscentia sapientiæ ducet ad regnum perpetuum.* Rursus: *Rex sapiens populi stabilimentum est, & Rex insipiens perdet populum suum.* Necesse enim est, vt actiones omnes suas publicæ vtilitatis regula perpetuo metiatur, vicarium Diuinæ maiestatis munus in terris decenter obeat, subditos ad suæ voluntatis, optimarumque legum normam conformando iustitiæ bilancem nonnisi in æquilibrio sustineat, necesse est deniq; à finitimis hostibus &

Polit. c. 3.

Sap. 6.

à varijs

à varijs bellorum casibus populum tueatur: quæ nemo ritè exequi præsumat, qui non prudentiæ laude præstet singulari.

Præterea si in Rep. vnquam ea virtute opus est, tum verò maximè, cum inter ciues factiones ac tumultus animorum excitantur: quid non tunc temporis moliendum? quàm solerter arripiendum consilium? quo glutino vrendum, vt discissæ partes coalescant: imò omnis mouendus lapis, vt nunquam huiusmodi dissidia oriantur: siquidem tanto malo itur obuiam, si dum vnam inter aut alteram familiam serpunt inimicitiæ, bonus moderator placandis studet eorum animis, qui grauiori iniuriâ læsi esse videantur, multisque argumentis testatur, se non minus eorum dolere vicem, quàm ipsi suam, vt verò ardentiores motus deferbuisse prospicit, persuadere nititur, dissimulatione, quæ in hominum mentes suauissimè influit, & à proposito propè initum deflectit, aduersariorum pertinaciam, & peruicacitatem superandã esse. Verum quandoq; magistratui conniuendum est, quãdoq; ne latum vnguem à strictissimo iustitiæ calle discedendum, quandoq; leuiores noxæ clathratis, vt aiunt, digitis dissimulandæ, quo maiori cum authoritate & efficacitate, si quãdo in grauiora labantur, possint redargui, & puniri: hi etiã calcaribus adigendi, illi frænis coërcendi, aliorũ praua volũtas frangẽda,

aliorũ

aliorum alio diuertenda. Dies me deficeret, si varios, qui in regendo occurrunt, euentus singillatim recensere vellem: velim potius secum reputare ebriosos nullum suo vitium prudentiæ magis aduersari, velim reputare sibi magis arduum, hęc omnia dijudicare, quàm in torrente præcipitiq; Danubio fluctuum notare numerum. Retegendū quod oculis mentis oppanditur, discutiendæ tenebræ illæ Cymmeriæ, prius quàm quæ agenda sunt, & quæ non agenda discernant.

At ne quis existimet magistratum solis prudentiæ insignibus exornari oportere, quam ne quidem multo potu obrui posse confidat, nôrit insuper non minus esse necessum eum inculpatam vitam sic degere, vt nihil vitiosum in actionibus, nihil distortum in moribus, nihil dissonum in externa corporis specie appareat. Cogitet se veluti nobile aliquod prototypon ad cuius exemplar sese ciues effingere debeant; veluti fontem cuius riuuli in multitudinis animos dimanēt; veluti theatrum in quod omnium conijciantur oculi; deniq; veluti herbam Eringium nuncupatā quam si capra ore apprehenderit, illico subsistit, grexq; totus obtutu in vno fixus hęrescit. Nôrit, inquam, mores hominum authoritate dignitateq; alijs præcellentium, si deprauentur, in tenuem plebeculam, non secus ac incendium, omnem depascens viciniam prorepere: Si non eius est, qui continenter labitur

bitur alios erigere, nec qui omnium litterarum rudis, alios edocere, nec qui immoderatè viuit, alios moderari, qui ebrioſus auios & aberrantes in viam reducet, ſi ipſe à recto tramite planè declinarit? regulam, qua res cæteræ dirigendæ ac formandæ ſunt, rectam eſſe decet, non curuam, non obliquam, non inæqualem: prius ſenatorem ſua facinora ad rationis perpēdiculū perlibrare cōuenit, eaq; probare perfectiſſima, quam velit ſubditorum vitam tortuoſam corrigere: alioquin tritum illud meritò obtrudetur: *Medice cura teipſum.*

Verumenimuerò fallacibus ſimulationis integumēris ſcelerum ſuorum notitiam vulgi oculis ſubtrahet, comeſſationes ſuas fuco aliquo ſeueriore adumbrabit. Nequaquam profectò: nimium curioſa omnium acies in eum intenta eſt: abditiſſimos quoſq; non modò negotiorum publicorum, ſed mentis & conſiliorum receſſus inueſtigat: dicta, facta ſiue ſeriò, ſiue per iocum, gradus præceps, oculi reflexio, geſticulatio leuior, minima deniq; & quaſi atomi à perſpicaci plebis oculo notantur & carpuntur. Pompeius, vti ſcriptis conſignatum videmus, quod identidem caput vno digito ſcaberet, mille probris ab aduerſarijs fuit exagitatus. Scilicet quemadmodum verruca aut nęuus in vultu plus moleſtiæ faceſsit, quàm bene luculenta cicatrix, aut quidpiam in membris impolitioribus,

muti-

mutilatum: sic tenues labeculæ in vita principum & eorum, qui ad Reip. clauum sedent, nescio quo pacto grādiores soleant apparere.

Ea est in hominum mentibus innata, atque impressa opinio, vt existiment eos, qui in sublimiori aliquo dignitatis gradu eminēt, etiam minima culpa vacare. Vtinam Respublicæ huiusmodi senatoribus abundent, qualē fuisse ferunt Iulium Drusum Romanum, cuius solertissima responsio iure albo lapillo est notanda. Cùm ex omni vicinia peruius in eius domum esset prospectus, operæ tribus aureorum millibus cum eo paciſci voluēre se domicilium quantūcūq; esset abomniū oculis immune redditurum: imò sex millia, respondit ipse, impendam ac superimpendam lubens, si meam domum totam quantacunq; est, fenestram posſitis efficere, vt ciuitas vitæ meæ institutum videat, probetque vniuersa.

Quid porro Drusus vereretur, cuius mores compositissimos tota venerabatur Italia? sed hāc depone solicitudinē, Druse, curiosissimus populi oculus sibi fenestram facit, & cane venatico sagacius rectoris sui vestigia odoratur. Quo ergo honestatis pallio magistratus vino frequēter madēs domesticas suas comessationes teget? quî popularis turbę pupillā acrē, auidā, acutā, lynceā vitabit? Et subditi ipsi quod sibi ad, imitandum exemplar è prototypo adeo

deo manco, adeo deformi, adeo portentoso proponent? quî dissoluta populi atque effusa potandi licentia vinciretur? quî compescetur? anne legibus? minimè verò. Nulla enim prorsus est vitio profligando, Pittaci verò legislatoris edictum, quo duplex pœna ebrioso irrogabatur, procul exulat. Et si forsan lex quæpiam aut mulcta decerneretur, in vulgarium ceruicem, in quisquilias populi redundaret: potentissimi quique ac ditissimi legis authoritatem eleuarent, procul dubio abirent suo supercilio exortes ac indemnes: scilicet se facilè ex araneorum maculis crabrones ac vespę expediunt, solum muscæ & leuis armaturæ volucres irretiuntur. Quis etiam non videt minimè tantã vĩ legis ad vulgi animos permouẽdos inesse, quãta est in animatis moderatorũ exemplis?

——componitur orbis
Regis ad exemplum: nec sic instituere sensus
Humanos edicta valent, quàm vita regentis.

Si quæ valida rationum firmamenta, cur magistratuum vitam irreprehensam, & maximè ebrietatis expertem esse oporteat, eduxerimus, velim quàm plurimos, ijs, quæ sum allaturus, tanquam validissimis moueri. Si necdum cogitent potestatem omnem cum ebrietate coniunctam opus esse periculosæ aleæ plenissimum, sat funestissimi, & maxime abominandi casus, quos plurima ante-

acta

acta sæcula peperêre, edocebunt. Quod priscus author dicere solitus erat in hominibus fortunâ nullâ, aut exiguâ potestate præditis vti cómuniter sunt priuati, stultitiam esse pene innoxiam, quæ non se prodat, nec in alios deriuetur: hoc etiam omni æuo quasi proprium sibi vendicans ebrietas etsi in quolibet homine grandis mali causa sit, flocci tamen penditur. Si nõ à viro in sublimiori gradu cõstituto proficiscatur. Fingite vobis ante oculos vti potestas vino animata, vino incalescens, & corroborata violentissimis affectibus obsecundet, excitatos spiritus augeat & accendat magis: mox cholera in iram, ira in furorẽ, furor in homicidiũ exardescit: vix ore verbũ excidit, quin occidat is, quem temeraria suspicio aut calumnia in arenam vocauit. Præposterè fiunt omnia, sontem excipiunt præmia, insontem pœnæ, punitio accusationem præuertit, condemnatio testimonia.

Sed præsertim affectus animi, quod longè perniciosissimum est, se produnt liberalissimè: non opus est, vt cæteris hominibus Philosophi, pectus ebrio Diaphanum aut crystallinum exoptare, quando sponte foras erumpunt omnia: quandiu viri magni sobrij sunt ac vacui, non facilè vitia emicabunt (non enim vas vitiosum aut pertusum patet, quandiu nullo liquore madescit) aſt temulẽti impurissimos cupiditatũ latices eructẽt necesse est: tunc in lucem venit vindictæ animus per-

periuria, blasphemiæ, amores obscæni infinitaq; rationis obrutæ monimenta: quæ si actutum velint exequi, parum laborant, in promptu sunt omnia: perditissimorum ganeonum turba stipat latus, quos solus nutus, vnicaue oculi nictatio ad omne facinus paratissimos facit: eumque facinorosos eorum conatus nemo repulsare audeat, cogitate in quales, quātasque nequitias, impuritates, tyrannides, & quàm in execranda flagitia præcipites ruant. Alexander Magnus, M. Antonius, Tiberius Cæsar, vel à bibendo Biberius, Heliogabalus & sexenti alij, partim suâ immanitate ac furore, partim fœdissimis ac dissolutissimis moribus, quantorum malorum temulentia honorifico tecta diademate procreatrix exiterit, testes sint amplissimi.

Atque vt à politico statu ad alios transeam liberè dicam, nec minus verè eum, qui se mollissimo vini fræno duci patiatur, ne quidem ad pascendos greges, ad caprarij, bubulci, aut pastorituum munus capessendum idoneum iudicari. Qui enim pecudis instar rationis lumine destitutus, hōmines Christianos ad finem præmiumque naturali maius assequendum conditos moderabitur? quis poterit mente in poculis absorpta, quæ suarum sunt partium reminisci, atque Periclē imitari, qui Senatoriam togam humeris aptaturus tria sibi perpetuo obiectabat, ō Pericles, liberis homi-

nibus imperas, non mancipijs, conciuibus tibiq; supparibus imperas, Athenienſibus, inquam, imperas: at Chriſtianum eſſe baptiſmali fonte perlutum, Eccleſiæ Catholicæ, Apoſtolicæ, Romanæ velut membrum ſuo capiti annexum eſſe, ſacramentorum myſteria ſuſcipere, nonne infinitis nominibus & titulis pluris, quàm Athenienſem eſſe debet æſtimari? & interea talibus tantiſque hominibus, rectores quidem Catholicos, ſed ratione in Bacchi pateris demersâ ad tantum offiũci prorſus inhabiles præeſſe ac dominari.

Longius quàm volebam in hęc Politica excurri, & vberrima ad dicendum ſeges me diem plurimum detineret, ni ad poſtremã moratæ propoſitionis Ariſtotelicæ partem, in qua de Oeconomica diſſeritur, eſſet properandum, ad quam, vt ingenuè, quod in animo ſentio, enunciem, magis inhabilem, quàm ad Reip. gubernacula tractanda exiſtimo: quamuis enim errores, qui in huius regimine committuntur, ſint admodum periculoſi, & maioris qui publico bono, quàm qui particularibus incommodant, faciendi: poſſunt tamen à collegis & conſeſſoribus, qui plerumq; magno ſunt numero, corrigi ac emendari. Si verò paterfamilias turpiter in rebus domeſticis tractandis identidem delinquat, à quo redarguetur? à quo cenſore caſtigabitur, cum iuxta Ariſtotelem huiuſmodi gubernationem ad Monarchiam referentem

ſupre-

suprem⁹ sit iudex, & quasi paruuli regni caput.

Quis nescit peccata, quæ praua Oeconomia parit, communiora esse, & multo latiùs quàm quæ ex Politico nouali malè culto oriuntur, patere? pauci ad clauum adhibentur: ad foros, ad contos, ad rudentes, ad rem domesticam aspirant & pertingunt vniuersi. Primariam boni patrisfamilias solicitudinem, quæ circa vxorem versatur, ita Philosophus perfectam absolutamque exigit, vt neq; verbo, neq; facto vllam ei contumeliam irroget, fidem præstitam inuiolatè seruet, suauiter eam habeat, non iracundè, dominetur quidé, verum non vti herus in mancipium, sed vt in corpus anima mutuâ quadam affectione, & reciproco amoris sensu conspirando. Idem *l. 2. c. 3.* monitionem alteram tanquam omni lege potiorem marito crebrimè inculcat, vt vxorem inter nullæ rixæ, nullæ intercedant inimicitiæ, virtutis castimoniæque facem præluceat, à lasciuis sermonibus in eius præsentiâ temperet: eam ad rem Plutarchus refert Epimachum Poëtam Comicum ab Hierone Syracusarum Rege, quòd coram vxore obscœna quapiã effutijsset, egregiâ mulctâ castigatum. O sana cõsilia! ô cõnubij leges salutiferas, sed eas ebrio præscribere, surdo canere est!

Quis ebrietatis fœces, quis amarulentos popinarum fructus noctu marito domum repetẽte percipit? an nõ vxor? quis impuris morũ

& Diabolicorũ verborũ plaustris oneratur? an, non vxor? hoc tam notum est, quàm quod notissimum, non est, quod lumen soli inferã.

Alterum, quo mariti studia & cogitatices collineare oportet, strenua est liberorum cura, quos educandos monet Aristoteles *per sanctos & iustos mores*: *nisi enim*, ait, *parentes exemplum vitæ filijs præstent, euidentem excusationis causã erga se illis relinquunt, ac timendũ est, ne cõtempti à filijs quasi non bene vixerint, in senectute deserantur.*

Quo demum exemplo liberis præibit ille, qui luxu & delicijs totus diffluit, qui coram ijs bacchatur, Epicurum agit, iurat, peierat, conuitijs & clamoribus non solùm domesticos parietes, sed totam implet viciniam. Et parum refert, si sobrius eosdem ad malum fugiendũ, & virtutẽ amplectẽdam adhortetur. *Sunt verba & voces & non penetrabile telum:*

Hoc non est natis, sed dare verba notis.

Quin possint ipsi parenti obtrudere, quod olim Plutarchus: *Necce vis nos in hostem prægari, cui ipse cessisti manus.*

Aliud Oeconomicę mysteriũ, quod in cumulandis ad sustentandam familiam opibus elucescit, paucis, sed neruosis Aristoteles perstringit: *Viri est acquirere, mulieris seruare*: Eam ob rem Deus Opt. Max. virum fortitudine, industria, sapientia, apprimè, cumulatiuque multò, quàm fœminam instruxit, cui modesta ac timida indoles

les

les tum ad domesticam solitudinem colendam, tum ad parta tuenda obrigit. Dotesne illas popiniculis quadrare dicemus? potius pennas piscibus, volucribus pinnas affingemus. diximus satis eos rem familiarem profundare, totam perdere, auitas opes ac sudorem impiè exhaurire, & in gulam veluti in barathrum immensum transfundere.

Multa alia, quæ ad Oeconomiam spectant, consultus prætereo, quæ quidem ebrij noxam magnopere exaggerarent, sed ita omnium patent oculis, vt superuacaneum foret ea longiori oratione pertexere. Itaq; me video multos infames scopulos, & Charybdes præteruectum nauigationis meæ portum appulisse. Potuistis, viri nobiles, cernere nullam consuetudinem, nullam communionem temulentiam inter & virtutes interuenire, imò dissidium flagrare infensissimum. Quare si boni publici vos cura tangit, stulto potius, hominiq; vesano gladiū in manū date, quā Reip. clauum cōmittite. Nolite, quæso, adeo salutem communem negligere, vt vestris suffragijs huiusmodi Bacchi administros ad celsiores honoris gradus euehendo vitā & fortunas ciuiū in discrimē adducatis. En mensa propositę orationis velificatio, quę si æquo prolixius excurrerit, hoc argumēti ac materiæ fœcūditati tribuite, tribuite, inquam, vestrę attētionis Fauonio, qui me opinione lōgiūs in altum prouexit.

CAPVT VI.

Animaduersio in pomeridianum istum congressum

AMicissimè lector, tibi hæc nostræ exercitationis spatia non minùs mente quàm oculo percurrenti, visi fuerint non dubito, ebrioso maximum, miserrimumq; moralis illius cœtus naufragium facere, ne vnã quidem virtutis tabulam è fœdâ tempestate colligentes, sed tantam potiùs famæ suæ maculam aspergentes, quanta intemperantiæ nomini infamia, ignominiaq; perpetuò adhæresci. Nec dubito quin simul indolueris hoc vitium non solùm damnum authori suo, sed familiæ, vxori, liberis, domesticis, totique Reip. cudere amplissimum, eoq; magis esse deplorandum, quòd sub eius molle iugum eat mortalium pene infinita multitudo. Quæ cum in mentem mihi veniunt, non possum, quin præsertim in perfrictam eorum frontem, qui è suis comessationibus in neminẽ iniuriam vllam redundare iactitant, seuerius excandescam. O perfidi ad honestissimas fũctiones magistratus, militis, mercatoris, artificis subeũdas vos inhabiles reddendo nullã Reip. iniuriam facitis? Dum facultates vestras quæ quandoq; orta calamitosa tempestate

ſtate in militum ſtipendia vtiliter inſumerẽtur, compilatis, dum vxoris & prolium legitimam portionem potando abliguritis, dũ in domeſticos & vicinos inclementer ſæuitis, dum conuitijs eorum fama læditur, vita ferro tollitur, aliena coniux violatur, nullamne iniuriam facitis? Nullamne diuinæ bonitati, eius ſanctiſsimas leges contemerando, nobiliſsimam ſacroſanctæ Triados imaginem deturpando, diuinam gratiam, per quam in Spiritus S templum efformamini eliminando, iniuriam facitis? Nullamne Angelis, quos pudet quodammodo veſtri veluti ſuis ſœdiſsimæ curam ſuſcepiſſe? Nullamne animæ, quam vino obruendo ad cæterarum animantium ſocietatem ablegaſtis, animę cuius preſtantia & pulchritudo cum Angelicis & beatis ſpiritibus certabat, animæ, quam Deus inæſtimabili ſanguinis & vitæ ſuę pretio à diriſsimis tormentis ac ſupplicijs vindicauit, iniuriam facitis? animæ, inquam, veſtræ, quàm à liberrima ſorte filiorum Dei in miſerrimam crudeliſsimi hoſtis ſeruitutem trãſcribitis, animæ cuius hæreditariam portionem eamque æternam haſtæ quodammodo ſubijciti, s & viliſsimo vnius voluptatis pretio addicetis?

Iterumne impudentiſsima illa vox, nemini iniuriam facimus è ſpurciſsimo ore veſtro erumpet? non dubito, ſed toties men-

ties mendacij arguetur, quoties iniuriarum iusto Dei iudicio damnabimini. Verum hęc forsan vtpotè spiritalia stupida mente non apprehendis ebriose, vis quæ cœnum, quæ pinguiorem Mineruam redolent? Nonne corpori tuo iniuriam facis, cuius auream nequiter prodigis sanitatem, eamque pro gulæ illecebris, diutinis simulque atrocissimis ægritudinibus oppigneras. Nonne cœlo, soli, sideribus iniuriam facis, eorum splendore, calore, & extera vi, quã terreni fructus, vuæq; vinifera mutuantur, abutendo? nonne & telluri, quam tuis iniquissimis plantis, calcatam merito sub tam resario pondere fatiscere oportere? Deniq; vino ipsi iniuriam facis, dũ eo te prapostere ingurgitas, dum vomitu detestando in terram proijcis, dum diuinæ laudis sõrem, sceleris materiam facis. vah miser! iam te iactita nemini iniuriam facere. Imò res omnes creatæ in caput insurgent tuum, si à frequẽtanda ebrietate minimè deterrearis, & tibi coram Iudice Deo vadimonium dicet, vt iniuriarum sibi illatarum à te pœnas aliquando repetant.

CAPVT

CAPVT VII.

1 *Insigne beneficium prædoni à B. Virgine collatum in ieiuny sabbathini remunerationem.*
2 *Sobrietas animæ & corpori vtilis.*
3 *Curat & arcet morbos innumeros.*
4 *Morborum pars maxima ex habitu corporis pleniore.*
5 *Sobrietas tutatur corpus à malo extrinsecus irrumpente & à peste.*
6 *Mors duplici via grassatur; naturali & violenta: primo mollis est, & vitam bene temperatam solet claudere.*
7 *Sobrietas diuturnæ vitæ fons & origo.*

HVNC pomeridianum congressum excepit sabbathinus dies, quem Princeps ieiunio transigere erat solitus: nec illum tantùm, sed etiam quosque anniuersarijs B. virginis celebritatibus prævios, causatus se ab insanabili & desperatissima ægritudine eius meritis & intercessione ad pristinâ valetudinẽ fuisse reuocatum: addebat insuper sibi eam mentem ex recitatione cuiusdam historiæ factâ incidisse.

In finitimis Tridento partibus insignis

prædo grassatus dudum, plurimorumque emunctis crumenis ac etiam vitâ ereptâ ecce tandem deprehensus fuit capitisque damnatus. Machinam supplicio destinatam vt conscendit totius vitæ seriem singillatim coram ingenti multitudine enarrauit, sua latrocinia, cædes, flagitia cum magno merentis animi sensu detestatur: & boni, inquit, ne gilū quidem me patrasse reor, nisi forsan quod religiosi viri suasione sabbathinos cuiusque hebdomadis dies religiosissimo ieiunio in honorem matris Mariæ coluerim, tumque tēporis manus à præda & cædibus continuerim: meo exemplo permoti commilitones idem sæpenumero factitarunt, & cum nōnulli erga captiuos obdurarent animo, noctu eos vinculis eximebā. His dictis pœnas pro scelerū grauitate pēdit, & tumulo profano cōditur. Sed insueta res subijt: ecce tibi nocte connubia eius tumulus multis facibus luminibusq; collucēs excubiarum oculos è Tridentinis mœnibus spectabūdos perstringere, splēdida virginum turma corpus refossâ humo suauiter educere corporiq; trūco caput suū reddere: Dein Sandapilā pāno purpureo diuite acu ornatissimo operientes illud ad vrbem deportare. Pone matrona sequebatur quâ maiestate, quâ pulchritudine inexplicabili cereū manu prægestans, quæ excubias insolito spectaculo exterritas monuit, vt apud Episcopum matris Dei nomine oppidò agerent, quo Sacellanum suum,

um, ita sanctum prędonem indigetans, tumulo quàm posset honorificentissimo in selectissima ædis parte mandaret. Nec porro tergiuersatus illucescente die, clero, & frequētissima multitudine stipatus ad prodigium aduolauit, cumque rem nuncio maiorem spectaret, nihil cunctatus iusta virginis ad amussim exequitur, & funere, supra quam hactenus istic visum fuerat, exquisitissimo corpus sibi creditum prosequitur. Laudabile istud ieiunium tam illustri spectro confirmatum fructus excepit non pœnitendus. Ex tunc quippe vix vllus in Tridentina illa ditione extitit, qui non Marianum diem salutari inediâ decoraret. Et illa res mirè gesta, ait Princeps, simulque capitis adeunda dimicatio me ad voti sponsionem inuitarunt, quod, fauentibus Superis, inuiolatè, vti hactenus, seruaturum me confido. Et reuera nullum ei obuersabatur ferculum, quàm passæ aliquot vuæ in samiâ paropside, sed pellucida, sed affabrè ficta: reliquus verò mensæ apparatus admodum opiparus & Principe dignus.

Cæterum votiua illa inedia in causa fuit, cur tota cœna in abstinentiæ laudes abierit, quas si silentio præterirem, præsertim cùm ad congressus nostros appositis imè faciant, iure mihi Lector succenseret. Ac Princeps, in primis, qui sobrietatis cultor exi-

eximius semper habitus fuerat, sentio me, inquit, ab hoc suscepto ieiunio valetudine vti meliore, nec non viribus firmioribus. Neque solitas ægritudines, vti podagram, calculum, vertiginem & cruditates recurrere: factus sum item vegetior, & ad muneris mei partes obeundas agilior, vt stupeam ipse valetudinis meę rationes adeo conuersas. Verùm magis stupeo, subiecit vir alius nobilis, tuam illam mentem; semper in animum induxi meum ieiunium animæ perquam esse frugiferum, gratiam suo authori conciliare singulare, pœnas sceleribus destinatas quasi vicarium subire, sub imperium mētis corpus subiungere, currenti vitio modum ponere, multa denique spiritui commoda creare. Verum vt sentiam esse è re corporis huiusmodi inediam, adduci nulla ratione potero, cum præsertim ei conducibile detrahat alimentum, calorem naturalem imminuat, humoribus exsuccum pectus reddat: ex quibus tamen vitam animalis conflari nuper solertissimè medicus edisseruit: si melius habeas, magne Princeps, continenti id miraculo tribuendum non ab emendatione corporis habitu arcessendum. Te miror, respondet ipse, à miraculo petere, quod nobis per naturæ vires suppetere natum est. Efficeré vt ea res planius innotesceret, si à medica facultate essem paulò instructior: tamen quia vobis operantibus mihi datur feriari, dicēdū est aliquid ea

lege,

lege, vt postmodum suppetias feratis.

Cùm nuper fallendi temporis gratiâ Bibliothecæ nostræ forulos pluteosque aliquot lustrarem, venit in manus author, qui ingentem morborum catalogum pertexens, cuiusmodi erant catarrhus, tussis, ἄσθματις difficultas, tormina, cephalalgia, cruditates, apoplexia, lethargus, podagra, malũ comitiale, ischiadicũ, & horum similia, tandem concludebat istorum omnium remedia à sobrietate esse conquirenda: illa quippe humorum congeriem ita æquabili ratione temperat, vt nec nimietate, nec vitiositate vnquam aut vix peccare credantur. Quos alios vitam sartam tectam ducere videmus, quã qui parcissimo victu illam excolunt? non quidem diffiteor eos quandoque nonnullos morborum insultus & aggressiones sustinere, at facilius se expediunt, citiùs repellunt, emergũntq; felicius: quod vt omnibus elucescat, non exterę adeundæ nationes, non multis pugnandum argumentis, non multi codices euoluendi, vnica virorum religiosorum, quos mirata est antiquitas, historia, infinitam promet hominũ multitudinem, qui semper robusto, & maximè succulẽto corpore centum prope annorũ curriculum summâ abstinentiâ, summaque inediâ exegere.

Si forsã intẽperãtes adhuc nescij id curiosiore scrutãtur animo, in próptu causa est, onustos cibo & vino morbis fermè ónibus ianuã face-

tura appetit, farraginem coquere: non est cur illustriorem probationem adijciam, quàm illam medicorũ quotidianam, quâ malas affectiones prope omnes, interiores corporis receſſus exinaniendo curant, quâ præſcribunt iteratam venæ inciſionem, cucurbitulas, cauteria, cucullos, potionem etiam relaxantem, & concretos hinc inde humores educentem: volunt præterea normã in victu ſeueriorem inoffensè ſeruari de vſitatâ mensâ & poculis, quantum poſſunt detrahentes, ſcilicet *Contraria contrarijs curantur.* Nec Hippocraticę illius ſententiæ ignarus es, Medice, *Quicunque morbi ex repletione fiũt, eos euacuatio ſanat.* Quã euacuatione minimè opus habent, qui ab hoc eiuſdẽ authoris inſtituto non receſſerũt: *Studium ſanitatis eſt*, ait, *edere citra ſaturitatem & impigrũ eſſe ad labores.* Illa; illa ſaturitas cruditatẽ aduehit, quæ Galeno teſte, & medicinæ peritis, omnibus ægritudinũ omniũ eſt ſeminariũ: *Nemo morbo corripietur, qui accuratè cauet, ne in cruditates incidat.* Illa dedit adagio locum: *Plures occidit gula, quàm gladius:* Illa eadẽ ſapiẽtis enuntiatum ratũ facit. *Propter crapulam multi obierunt, qui autem abſtinens eſt, adijciet vitam.* Qui ergo malũ radicitus extirpare ſatagit, credat, nullũ frugali victu ſalutarius cruditatib⁹ arcẽdis alexipharmacũ reperiri. Videris mihi, vir generoſe, è demiſſo illo ſupercilio priorẽ mẽtẽ depoſuiſſe, & quodãmodo fateri tibi vim huius noſtræ panaceæ

In 2. ſect. Aphor. 22.

Eccleſ. 18.

fuiſſe

fuisse hactenus incognitã. At noris me primoribus solum laboris eius amenissimos fructus delibasse: altius postmodũ è fonte hauriet Medicus. Vidi ego iusta volumina, quę in abstinẽtię laudes & propè miracula excurrebãt, interquę dignũ authore suo monimẽtũ reperi, nomine Hygiasticon à R. P. Leonardo Lessio, societatis Iesu Theologo, vt fama est, reconditissimo cõscriptũ. Ibi methodus ac ratio traditur, quę sẽsus vegetos, iudiciũ sanũ, memoriã tenacissimã etiã decrepitę conferat senectuti. Ibi cernere est sobrietatis beneficio non modò stomachũ à cruditatibus eximi, sed aduersus ingruentes exteriorũ valetudinis hostiũ insultus tãtis armari viribus, vt corpore desęcato, concinnaq; humorũ tẽperie bene cõstituto facilè caloris, frigoris aliorumq; malorũ inimica tela retorqueat. Si fesc humores ingerant importuni, actutum à vi quadam expultrice eijcientur, si mẽbrũ aliquod luxari cõtingat, si vulnus infligi naturâ per abstinẽtię solertiã sibi opitulante oppidò curabitur: nulla enim in partẽ lęsã humorũ, qui intẽperãtiũ ęgritudines assiduè comitãtur, fiet influxio. Quin imò videtur pestis, quo nullum vinolentius est telum, sobrietatis dignitatẽ subuereri. Si corpori sicco, ac sobrio insideat, elũbis eius virtus viruslq; redditur, nec inuenit in quod vino lẽtia sua debacchetur: hoc cã pacto sua temperantia singular. Socrates, multiq; alij effugêre.

Hic

Hic subsistit vir ille nobilis attonito similis, & si in contagem, à qua tantopere abhorret natura, vim suam exereret, etiam morbis insanabilibus mederi posse concluſit. Tecum pugnare, ait Princeps, videre mihi: quippe quod insanabile est curari nequit, & vicissim quod curari potest, non est, insanabile. Cæterum Medici cuneo nodum illum relinquo. Noui tamen sobrietatem etsi ad radicem insanabilis mali nequeat pertingere, acerbitates ipsas mitigare plurimum, & vitæ vsum reddere mediocrium virium intercapidine tolerabilem, sic vt mentis exercitationibus quæcunque fuerit debilitas non sit impedimento. Vidi ego nonnullos phtisi tabescentes, calculo & hernia dirè vexatos, ex liene male affecto, & tumido hepate laborantes, nihilominus solita obire munia, ingentia volumina deuorare, longæuam seniorum ciuium vitam exæquare, idque frugali vitæ solummodo acceptum referentes. Sane, ait vir nobilis, si adeo potentem ac prope diuinam medelam secum ferat sobrietas, quid ni etiã possit nos ab interitu vendicare, quãdo morbũ, præuiã mortis causam tollat, imò arceat aduentantem?

Quasi verò, subiecit Princeps, mors ipsa nõ alio telo, quàm morborum vi hominem è medio tollere consueſcat. Mors illa quæ naturæ congruit vel maximè ea est, nõ quę morborum vi aut dolorum, sed quæ vno vitalis humoris defectu perficitur. Atq; ita expirare videas

videas abſtinentiæ cultores, nullo punctos dolorum ſenſu, nullâ cruciatos corporis moleſtiâ: cùm plurimùm horrendo intẽperãtes atq; dolorum pleniſsimo vitam claudant exitu. In ijs quippè humorũ diutina ingluuie aggeſtorum redundantia tandem vitalem humorem obruere annititur. Verùm inſurgt natura, vires colligit, aduerſuſq; malum pro viribus pugnat, ſed quid? euincitur, haſtam abijcit, & anima è corpore velut ex arena violenter eiecta, miſerè pellitur. Quanto ſuauius ea migraret, ſi humor ille in vtero materno nobiſcum adnaſcens (quem primigenium Medici vocant) vnà cum natiuo calore ſenſim exeſus, eum vitæ finem adferret, qui lychno, dum conſumpto oleo etſi nullus exterior flatus ingruat, ſuapte ſponte extinguitur, ſolet accidere.

Verùm etſi tenuiſsimè olim victitantes etiam communi neceſsitati parere debuerint (*ſtatutum eſt enim omnibus hominibus ſemel mori*) tamen quot, quamq; egregij viri ad ſummã ſenectutem hoc veluti vehiculo deuenerint, audite Hieronymum, qui Paulum Eremicolarum Coryphæum tradit vigeſimum ſupra centeſimum annum attigiſſe, & centum, auſteriſsimo vitæ cultu exegiſſe: quadraginta priores quotidianam eius menſam ſolùm dactylis, cæteri conſequentes dimidio pane, fideliſsimi corui munere inſtruxerunt: ei bi-

nos alios coæuos possumus adiũgere Romaldum, & Magnũ Arseum Arcadij Cæsaris præceptorem colendissimum. Quin idem propè curriculum emẽsi fuere Antonius, Paphnutius, Iacobus, cuius Theodoretus meminit, & complures alij, quorũ seges fertilissima omnibus historias adeuntibus occurret.

At at hîc quidpiam supra naturæ vires & miraculo proximum allegabis: & ego ipse allegarem, si solũm viris illustri sanctimoniâ præditis, non etiam profanis hominibus eadẽ annorum centuria emerita fuisset: consule Brachmanas aduiterinos Indorũ sacerdotes, aduerte religiosos Mahometicæ sectæ assertores, intuere Democritum, Hippocratem, Platonem, & comperies nonnisi ætate planè confectâ occubuisse. Hoc sacrę paginæ priuilegium abstinentiæ acceptum referunt. *Qui abstinens est, adijcitet vitam.* Anne miraculi loco repones, quod ad me nuperà familiari meo perlatum est. Vicarius Episcopi Bambergensis in Germania Dioceſin suam lustraturus in Thuringiã vsq; penetrauit: vbi sacrosanctæ Confirmationis mysteria (quorũ nullus ab annis centum in ijs pagis; vsus fuerat) sex hominum millibus fructu non pœnitendo contulit, quos inter, plusquam ducenti in solidum sæculũ ætum extendisse numerabantur. Dicam amplius: illorum vnus (prô quanta vis sobrietatis!) secentum quinquaginta messes vidisse fatebatur: fidem faciebant

faciebant gnati iam centenarij, nepotes septuagenarij, quartaque exinde generatio. Ast Medice, iam dudum tuas partes sustine: ecce conuiuę omnes à te penduli sobrietatis encomium aliquod expetunt, maximeque noster hic aduena, qui videtur manus dare velle, in eamque partem inclinare, quâ etiam corpori commodare asserebamus.

CAPVT VIII.

1 *Sobrietatis laudes admirandæ.*
2 *Quomodo morbos insanabiles curet.*
3 *Num sit morbis acutioribus adhibenda.*
4 *Corporis exercitium minus ad valetudinem conducit quàm sobrietas.*
5 *Intemperantia mirè officit sanitati.*
6 *Leges aduersus ebrios latæ.*

MEDICVS. Etsi medicina virtutes à corporis cõcretione vtiq; alienas gyro suo non includat, tamen nescio quid magnificũ in sobrietate suspiciat ac veneretur, vt eã omnibus pene paginis velut Moly quoddam Homericum tum ad valetudinem conseruãdam, tum ad perditam recuperandã proponat. Quid porrò vitales spiritus, natiuũ calorẽ, corporis habitudinem magis fouet ac instaurat vniuersam? Quid cor vegetat, instigat

ad agendum, ad sensus motusque ciendos impellit? an non sobrietas? Quid est, quod efficit, vt cibus commodè, & proportione peræquâ per omnes corporis sinus dispensetur, vt superflua stomachus excernat, vt humores ad iustam temperiem componantur? an non sobrietas? Quid cerebrum supervacaneis deonerat, capitis leuat grauedinem, tormina & oppilationes prohibet? an non denique sobrietas? si corpus vitiosis iaticibus imbuatur, ijs emendandis scitè adlaborat, humores subtiliores sed inutiles resoluit, crassiores verò ac pertinaciter adhærescentes non sinit nisi irrequietos, dum sensim repurgârit. Huic nostræ sententiæ adstipulatur magnus in primis Fernelius: *Vna temperantia*, inquit, *totius est iucundæ salubrisque vitæ moderatrix nullâ calamitate vel æruminâ premetur, qui vitæ fundamentum iecerit temperantiam.* Sed adhuc, ait vir nobilis, dubitationi meæ implicitus hæreo, de insanabilibus morbis: nec dum mihi factum satis.

Imò verò, subiecit Medicus, appositâ, argutissimaq; responsione te perstrinxit Princeps, adijciã tamẽ in hospitis grãtiam, quid præclarus noster cuo Medicus sẽtiat. *Huius ope* (de sobrietate loquitur) *aliquando morbi periculosi & ancipites felicẽ, eumq; admirabilẽ exitũ inuenerũt, ad quẽ ars nulla dirigebat: idq; multo mitius ac lenius quã dũ medicamentorũ alienâ qualitate lacessitur.* Et quãuis Hippocrates non primas so-

sobrietati tribuat, cũdicit, *quod non curat cibus* (parcè sumptus) *curat medicamentum, quod non curat medicamentum, curat ferrũ quod non curat ferrum, curat ignis*: tamen quotidiana experiẽtia documento est, morbos obstinatissimos & medicamenta & ferrum & ignem aspernatos tandẽ sobrietati succubuisse. Quot vidimus ægritudines adventitiã medelam respuisse, non quod pharmacopœorum officinæ adeo ab idoneis geminisque remedijs essẽt inopes, at quòd ęgri stomachus pessimè affectus omnem ijs viam præcluderet, tali in re ac tempore, quò nisi ad sacram medicorum anchoram sobrietatem confugiatur? Nec aliam huius disciplinæ ducem ac magistram, quàm naturam quæramus: quæ suam semper solertiam in promptu habet: cur enim ipsa ægris appetentiam surripit, nisi quod ipsa non amplius valetudini deseruit, non amplius escarum multitudini indulgendum, at soli studendum parsimoniæ. Hinc totâ errant viâ, qui morbidum quamuis inuitum ad vescendum compellunt, & ipsemet etiam haud parum hallucinatur, dum in stomachum propè nauseantem cibos inserit. Adhæc satis superque inquit nobilis ille sobrietatem esse excolendam persuasum: solùm sibi vnum aut alterum in animo scrupulum residere: ac primò, quod inaudijsset aliquando inediam illam seueriſsimam ab Hippocrate

damnari, nec iniuria, cũ sanguinẽ, carnẽ, succum omnem exugat, atque ita solidis partibus extritis tandem periculosissima vitæ alea subeatur. Deinde corporis exercitium, vti venationem, cursum, digladiationem, pilam palmariam, & similia posse in abstinentiæ locum eximio cum fructu sufficia[illegible]

Non hîc, respondet Medicus, vsiteram illã inediam deprædicamus: nã ita Hyppocrates: *Non satietas, non fames, nõ aliud quicquam bonum est, quod naturæ modum excedit.* Germanam veramque sobrietatem volumus, quę nunquam rationis terminos prætergrediens aureæ mediocritati adhęrescit. Nec ille, quem authorẽ adducis, Hyppocrates, omne morborũ genus suo præscripto illigat, sed acutiores tantum, quiq; hominem ab ęgritudine lõgiore, sed nõ ab interitu vendicẽt, in quibus tamẽ & sobrietatẽ suadet; nã vt præclarè nõ ignobilis medicus: In acutis morbis si quis pleniore victu vsus fuerit; inemẽdabiles noxas adferet, quod naturã quę tũc in coquẽdo morbo est, in suo munere impediat, & ad cõficiẽdos cibos auocet. Quãquam neget Hyppocrates ab vna sobrietate in acutioribus istis morbis petẽda pręsidia, simul venę incisionẽ, simul laxamẽta ad noxios humores exterminãdos adhibẽda pręcipit. Atq; hęc de morbis acutioribus acrioribusq;. Ad chronicos, diuturnioresq; attinet enixè idẽ Hypocrates tũ in cibo tũ in potione abstinẽtiã tãquã vnicũ atq; sũmũ ijs re-

me-

medium, alleuamentumque commendat.

At exercitum nō extra modum laboriosum corpori commodare non institias iuerim: si quidem illud alacre, vegetum purumq; ab illa humorum sentina reddit: nam ex medicorum sententia: *Impura, pletoricaue corpora laborem subeant.* sed quotusquisque est, qui sibi hac in re temperet? quotusquisq; est, qui omnes corporis partes æquabiliter exerceat? quo fit vt vna impensius, quàm altera agitata non sine vehementi humorum caloriſque concitatione sæpenumero febres, pleuretides, catarrhi, grauissimique dolores procreentur. Longè altius potentiusque sobrietas in viscera, in vitales recessus, in commissuras vsque penetrat, easque vna eademque ratione & sine doloris sensu repurgando, obseratos meatus recludit, superuacanea emungit, spiritus attenuat, eisque liberiorem viam per neruos & arterias quo motus ac sensus vegetiores existant, struit ac molitur. Et grande beneficium est hæc omnia absque fluxionum & immodici caloris suscitatione, absque vllo morborum discrimine posse consequi, & quod non in postremis habendum est, absque vllo temporis & solitarum occupationum dispendio.

Tandem responsio hæc nobilis viri expectationem mentemque expleuit, sic vt primas, secundas, tertias sobrietati daret,

qualiculus, omentoq; enormi moles distenditur vniuersa. Talis autem habitudo peritissimi cuiusdam iudicio non tuta est, sed maximè lubrica & periculosa: ad cibum enim concoquendum omni ex parte è sensibus, ex organis, ex arterijs spiritus vitales caloremque illis locis necessarium ad se pellicit, multa tormina, multa superflua disseminat, in quibus depellendis frustra sæpius desudatur, sinus corporeos angustat, natiuum fomitem non secus ac lychnum nimia olei vbertas supprimit: ac tandem si alimentorum cumulus in dies accrescit magis, vel omnia in culina interiore deprauabuntur, vel si fiat, quod Poëta canit vt

Pinguis aqualiculus protenso sesquipede extet,

necesse erit vel crepare ventrem, vel natiuũ calorem extingui, sicq, ancipites ac repentinos vitæ exitus semper esse formidandos. Quare velim eos, qui delicatiora pulpamenta abdomini distendendo liguriunt, hanc Hippocratis doctrinæ consectatoris eximij sententiam altiùs animo imbibere: *Pernicioſa admodum ſentina eſt abdomen inſaturabile omnium tum corporis tum animorum morborum fons & origo.*

Prô quàm me felicius, ait Princeps, hæc arma tractare didicisti! Cæterum gaudeo plurimùm abstinentiam meam tam frugiferę tãque ad vitæ frugalitatem tempestiuæ orationi fores aperuisse. Vt verò aliò vela faciamus

iusteq; moralis Philosophi querimoniæ faciamus satis (ægrè scilicet tulerat nullo pene iure in ebrios animaduerti) nolui committere vt meorum consiliorum inscij discederetis: intelligetis, si placet, quibus pœnis eorum audaciam compressam velim, vt debitæ grauitatis momenta vestro iudicio expendantur. E vestigio igitur vir à secretis ex autēticis diplomatis tabulis omissa præuia damnorum ebrietatis enarratione hæc pronuntiauit.

Omnibus & singulis, qui intra ditionis nostræ fines in præsentia domicilium figunt, aut in posterum figere continget affectu quàm maximè paterno vetamus atq; interdicimus, ne sese quocunq; modo aut ratione inebriēt: qui secus faxint primò mulctā arbitrio nostro iniungēdā lubeunto: si ebrietate recidiua peccarint, solidū mensē in vinculis detinentor: nec si ita meliorem frugem præbuerint, exilio mulctantor.

Quicunq; ignobiles per suā intemperātiā & comessationes rē domesticā notabili inopiā afflixisse deprehensi fuerint, carceris loco in medio venaliū foro à crepusculo ad tertiam pomeridianā numellis publicis inserūtor, posterūtq; cœno, lappo, non autē re aliqua duriori impeti.

Nefas esto viris publica munera à nobis cōferri solita gerētibus temulētiā vel semel admisisse, qui legem infregerint, eo ipso officio priuantor. Qui-

Quicũq; ebrius exiſtẽs dãnatũ aliquod per leges flagitiũ perpetrarit, cõgruẽter Pittaci sãctionibus gemini ſupplicij reus eſto.

Hoſpites & popinarij cũ primũ ebrios ſe fecerint, eandem cum reliquo vulgo pœnam incurrunto.

Volumus inſuper & mãdamus, vt ſatellites huic muneri deſtinati quotidie hoſpitia & tabernas luſtrẽt, nec nõ frequẽter cõpita & plateas obeãt, & ſi forſã eorũ in curia tãti criminis reus impunè abeat, ab officijs in perpetũ amouentor, ac etiam in cute plectuntor.

Mandamus itẽ Reip. moderatoribus, iudicibus, alijſq; omnibus, quibus exacta morum diſciplina incũbit, vt has præſẽtes ſanctiones quãprimum iubeãt in propatulo promulgari, ac deinde in publica monimẽta referri. Ipſi verò eas maximè colãt, exerceãt, ſeruent, & coli, exerceri, ſeruari curẽt, ea ratione & tenore quo ſunt exaratæ, & ne latum quidem vnguem à noſtra mente audeant deflectere. Sic volumus, ſic iubemus. Datum Villanouę Kal. Aug. ann. Sal. 1614.

Quod ad virorum nobilium florem attinet, qui in mea ditione frequẽtes, & laus Superis, nec dũ huic vitio dediſſe manus autumo, rem opportuniorib' comitijs trãſigẽdã prorogabo.

Vix dici poteſt, quantum conuiuis omnibus hæ rogationes ac plebiſcita arriſerint, quo tandem præconio prudentiam ac zelum Principis extollerent, geſtiebant ſperantes

sperantes fore, vt omnis eius Reip. status illâ labe integer, mille etiam affectionibus tum corporitum animæ damnosis planè immunis existeret. Dudum cænulam suam expedierat Princeps, iamq; nouam de sobrietate telã orditurus fuisset, sed mensæ conspicatus vacare negotium, in aliud tempus reiecit. Die insecuto, qui Domino Seruatori sacer erat piè intercalandum esse censuit, & religiosioribus occupationibus vacandum. Quare omnes Confessionis & sacrosanctæ Synaxeos mysterijs egregiam dedere operam: volupeq; fuit sacro solemni & vespertinis precationibus insigni symphoniâ in æde palatij decantatis interesse: quippe erat Principi musicus chorus eximius, & numerosus admodum: non organis, nec fidibus ipse delectabatur, at selectissimis vocibus, quarum exactam consonantiã aiebat in animos mirificè influere, indereq; pios affectus, & liquidissimas voluptates modulis illis vocalibus nescio quam cum auribus interuenire sympathiam maiorem multò quã cũ alijs instrumẽtis, quod significãtius sacrarũ paginarũ notiones prę se ferrẽt, nec auri solũ, sed intellectui præcinerent, instrumẽtorũ verò sonus nec articulatus, nec vitales aliquas notas in animo imprimeret, esseteq; tantũ vocis vicarius, & quasi simius. Ita Princeps nõ vt Ecclesię cõsuetudinẽ in organorũ pneumaticorũ vsu cuperet antiquatã, sed solũ innuendi gratiâ, quid suę mẽti ac sẽsui gratius accideret. QVINTA,

QVINTA POMERIDIANA EXERCITATIO

Historici.

CAPVT I.

1 *Vinum animæ venenum.*
2 *Ebrietas & furor intellectui contraria.*
3 *Memoriam extinguit.*
4 *Omne ex se vitium effundit, maximè verò luxuriam. Inuectiua in crateras lasciuis imaginibus insculptos.*

NOSTREMVM hunc congressum longè celeberrimum fuisse ex eo crediderim, quòd superioridie extabescente complures haud vulgaris notæ viri, ijdemque Principi consanguinei aduenissent, qui statutum in cognato perspectâ serenioris frontis luce curiosiùs scisciantur, quid porro tam

ro tam secundo æstu familiam afflasset ac beasset vniuersam. Verè me beatum auguror, ait Princeps, dum apud me reputo septem viros, quâ doctrinæ, quâ eloquentiæ dotibus instructissimos iam non paucis diebus in meo palatio veluti sapientiæ domicilium fixisse. Ita mihi doctè, eleganter, appositè omnem malorum cateruam, quæ temulentia è pestiferis suis castris emittit in campum apertissimum eduxerunt, vt, si septem Græciæ sapientes ab Inferis excitari contingeret, & cum ijs in contentionem venire, credam breui herbam porrecturos, aut saltem ab hisce nostris longè post se interuallo relinquendos.

Iam sex partes suas felicissimè peregerunt, restat vltimus Historici actus, isque iucundissimus. Magnopere nobiles illi sibimet tam pro re nata aduentum suum cecidisse gratabantur, tum quod Latinis, Græcisque litteris apprimè exculti, atq; expoliti, quo animos satiarent, essent habituri, tum quod vitium præsenti quæstioni subiectum assiduè perosi, hostē suum omniū telis lacessi exoptarent. Postera igitur luce in aula consueta, sed angustiori quàm aliàs tapetio vestita generosissimus ille cœtus consedit totus Historici inhians obtutibus, cui benignè gratulatus est Princeps nihil detrimenti moram, extremumque in dicendo

locum

locum attuliſſe, quin potius concionem frequentiorem auidioreſque ad audiendum animos. Quare ipſe corporis ſtatu ad orandum compoſito ſic eſt præfatus.

Si Romanæ eloquentiæ Principem pro Quintio dicere parantem Hortenſij viri in oratorio dicendi munere exercitatiſſimi facundia, quâ iam auditorum animos occupârat, non mediocriter commouerit; quî ego prænobile hoc pulpitum ingreſſus, quod iam ſex Hortenſij, imò forſan Hortenſium multis ſapientiæ gradibus anteſtantes, exquiſitiſſimis rerum verborumque ornamentis illuſtrârunt, non pertimeſcam? Præſertim dum animaduerto me inire campum, è quo ſinguli pro ſua quiſq; profeſſione flores tum è ſanctorum Patrum ſeptis ſelectiſſimos; tum ex optimorum authorum areolis delibatos, tum ab efficaciſſimis rationibus, quaſi è reconditis Sibyllæ receſſibus petitos in medium protulerint, vereor ne quod vobis inuſitata exſpectatione ſuſpenſis apparamus, tritum ſit ac vulgare, & vt dicitur, actum agere videamur. Deinde confeſſus hic veſter illuſtriſſimorum virorũ auctus præſentia de integro metum auget, multumq; me ſollicitum reddit, quæ tandem eloquentia tam delicato auriũ iudicio ſapiet, quę rationis tãtã ſubtilis ingenij capacitatẽ ex plebũt, quę rerũ varietas mẽtib⁹ ſęcũdiſſimis reſpõdebit. Spero tamẽ, viri nobiliſſimi eã

fore

fore beneuolentiæ vestræ rationem, vt si minus omnium expectationi vnus satis esse non possim, veniam detis tenuitati meæ, & has, quas iam adorno, quæstiunculas excusationis loco habeatis. Siquidem cum vinolentum tanquam omnis boni expertem vobis in scenam dare sit animus, exploratum omnibus esse debet illius vim aut ex animo, aut è corpore, aut extra positis peti solere, & quicquid hoc tergeminæ diuisionis ambitu non continetur, nec bonum esse, nec boni nomen promereri.

Atque vt ab animo initium sumamus, lu- *Collat. Hist Rō. & Græc.* bens è Plutarcho narrationem non illepidam mutuabor. Ferunt agricolam à Saturno, quē humanissimè fuerat hospitatus, vini conficiendi, & vites plantandi rationem fuisse edoctum, eâ tamen lege, vt primam vindemiam cum vicinia vniuersa haberet communem: quod sanè luculenter præstitit: nā vix mustū deferbuerat, cùm eis illud quantum gula ferret propinauit, eoque largius potandum concessit, quò nouum & insolitum. Tandem benè madidos somnus excepit longior, non tamen digerendo vino sufficiens: namque experrecti se necdum crapulam edormisse sentientes, sed nescio quas turbas in capite excitari, rati sunt non se vino, sed veneno fuisse confectos: quare tumultuario consilio inito conuiuatorem suum lapidibus obruére.

O quan-

O quanta vltio paruę iniuriæ, paruęq; temporis iacturę, quâ plus nimio dormierant, repęditur! enimuero si fabulæ palliũ tollamus, quidpiam veritati, ac sano iudicio consentaneum videbimus; videbimus, inquam, vinum verè venenum esse; nec nos pudeat hac in re Cyri adhuc pueri iudicio virili stare.

Quondam Astyages patruus Medis imperans, demiratus eum ne meri stillam in mensâ delibare velle, scisciatur, quid gulam à potu tam delicioso auocaret: causatur ille veteri se, ne forsan crateri aliquod insit virus admistum: subijciente Rege fidelissimo suo seruitio nullatenus esse diffidendum: imò diffidendum est, ait, quia cum nuper dem solemnem tuum natalemque ageres, aduerti clarissimè pateras omnes, ac tuam præsertim veneno illitam fuisse: nam sub epuli finem mente eras plane alienus, nec teipsum moderari valebas.

O sapientissimum pueri responsum, quodque temulentis velut vnguis in vlcere apposite existit. Bacchum suum illi deprędicent, cui viri sapientes deteriorem notam non possunt inurere, quàm quod veneni facultatibus illud assimilando commonstrent nobilissimam hominis portionem consopire, intelligendi vim & acrimoniam retundere, hebetare mentes, generosissi-

mas functiones præpedire complures ab excellenti sapientia ac prudentia, singulari, ad probrosam stultitiam ac furorem ratione profligatâ traducere, sus deq; omnia commouere ac denique miseranda metamorphosi omnia pecudis insignia diuinæ illi fabricæ affingere. Virusne aliquod tam dirum à Cyrcæis poculis vnquam profluxit ? Luesne vlla acerbius humanum genus afflixit?

Non ego huius sententiæ author sim: esto Plutarchus, qui *in tractatu de loquacitate* voluit ebrietatem ipsissimum furorem esse duratione quidem minorem, sed origine maiorem, quem nempe spontaneo appetitu, videntes, volentesque nobis accersimus. Esto Pythagoras, qui eam μανίας μελέτην, id est, meditationem stultitiæ vocitauit: esto celeberrimus Plato, qui l. 6. de legibus, *vino*, inquit, *refertus tam animi, quàm corporis rabie concitatus quouis & trahit, & trahitur, & est ebrius tanquam mente captus.* Ijsdem titulis à Seneca *Epist.* 84. *ad Lucilium afficitur, nihil est aliud ebrietas, quàm voluntaria insania.* Et ijsdem à BB. Augustino & Theodoreto: *Extende in plures dies illum ebrium habitum, nunquid de furore dubitabis? nunc quoq; non est minor, sed breuior.* Eam ob rem antiqui significantiorem vini nomenclaturam inuestigantes *temetum* appellarunt, indeque temulentiam, quòd solùm temeritatis & audaciæ arma subministret. Etymon etiam latinum non mystico suo sensu carere horum tempo-

temporũ scriptor quispiam declarauit, cùm à vi quasi vim menti inferat, deduxit. Graiũ οἶνος genuinè & ad rem nostram à Platone & Plutarcho deriuatum est his verbis: ὅτι οἶνος ἔχειν πόνοι τῶν πινόντων τοὺς πολλοὺς οὐκ ἔχοντας. Quasi dicat vinum potantes fingunt animo se sinceriſsima ratione vti, cum tamen illa prorsus destituantur. Iones illud dixere πῖλον ἀπὸ τοῦ πάλλειν, καὶ σείειν ἡμῶν τὰς φρένας, quod mentem turbet, atque agitet & id quotidiano vsu sat notum est.

Memini me in Fernelij symptomatibus legisse ex nimijs calicibus complures ita insanijsse, vt à concepta semel dementia nunquam se ad sanitatem retulerint: nec mirum: cerebro enim expirationibus in se inhalantibus inflammato, concinni illius temperamenti è quattuor primarijs qualitatibus coalescẽtis iacturã fecerãt, rationẽq; penitus offuscarãt. L. 3. c. 9

Si vinum intellectui tanto sit exitio, annè memoriæ arcẽ ab eius violẽtia tutari ſe posſe credat vinolentus? non sanè opinor: cur porro antiqui Baccho parenti suo obliuionem acceptam referentes, eidem lyncem immolabant? an quia forsã acie pollet acutissimá, vt quidam genuinę causę ignari fabulantur? minimè verò. Sed quod acceptæ oculis species ita facilè dilabantur, vt si tantillum à cibo quẽ propè rostro contigerat, deflexerit, non illum mandere, sed obliuioni mandare, & aliunde sibi victum emendicare tradatur: vti etiam

Aegyptij hominem omni memoriâ destitutum non clariore hieroglyphico adumbrare potuerunt. Quid ergo ad veneni & quidem præsentissimi rationem deesse videatur, cùm mentis honorificentissimæ functiones, quibus cum Angelis & Deo ipso communicat, eo hausto emarcescant? Quin eius vis tanta est ac malitia, vt omnia animæ bona compilet, omnia ornamenta distrahat, nihil nisi immanitatis suæ notas, nihil nisi inexhaustam ad cuncta vitia propensionem relinquat.

Quæ illi fax libidinum non adhæresçit? quæ carnis furiæ non agitant? quæ pectis non inuadit? voluptas primaria dux est, ac magistra, quæ ebrio signum ad mollia Veneris castra adeunda solet præferre: apud omnes pene authores istius farinæ titulum sibi ebrietas vendicat: apud Tertullianum *scortationis comes* dicitur, apud Augustinum *naufragium castitatis*, Hieronymum luxuriæ ignis, apud Plinium, *ebrietatis summum præmium est libido portentosa, & iucundum nefas*: apud Horatium Bacchus est Veneris socius, apud Orpheum Venus est Bacchi socia, apud Aristophanem velut lac ex vberibus Veneris molliter expressum describitur. Non sine causa vetuere prisci ne sole virginis signum oberrante, vites plantarentur: credebant etenim nullam affinitatem nullamque necessitudinem vinum inter &

L. 2. adu. Marcion.

L. 14. c. 22.

pudi-

pudicitiam posse intercedere. Quem latet tritum illud Terentij adagiũ: *Sine Cerere & Bacchо friget Venus*, cui respondent Græca verba Euripidis: οἶνον δ' ἀμὴ πάρόντος οὐχ ἵσιν κύπρις & illud Ouidij:

Ecce suum vatem Liber vocat, hic quoq; amantes
Aduuat & flamma, quâ caret ipse, fauet.

Et alibi:

Cum Veneris puero non male, Bacche, facis.

Facit denique Apuleius *l. 2. de asino aureo* vinum Veneris armigerum & anteambulonem honorarium. Mollia sunt hæc omnia, deliciosa, blandula: tamen quàm lugubrium ad hãc rem tragędiarum nos historię cupiunt spectatores. Nonne Armittus & Cyanippus ganeones profusissimi, vti author est Plutarchus, postquam dudum cantharis certassent, seq; inuicem potu sepelissent, in proprias filias impudentissimo scelere sunt debacchati? verecundor plura de his dicere, ne vitium potius docere videar, quàm damnare. Non possum tamen quin grauissimam Plinij querimoniam ad mores nostri seculi deprauatissimos trãsferam, in eosq; inuehar, quos auium floscul orũq; simulacra in crateribus suis affabrè insculpta nõ satis delectãt, nisi etiã Veneris, Cupidinis & alij amores obscœnissimi repræsẽtẽtur. *Tantopere*, ait ipse, *tantoq; labore constat, quod hominis mentem mutet ac furorem gignat, millibus huic deditis tanta dulcedine, vt magna pars non aliud vita pramium intelligat. Iam verò*

quæ vasa adulterijs cælata? tanquam per se parum libidines doceat temulentia. Ita vina ex libidine hauriuntur, tunc auidi matronas oculi licentur. Et libro 33. *Heu prodigiosa ingenia! quot modis auximus pretia rerum? accessit ars picturæ, & aurum etiam argentumq; cælando carius fecimus, didicit homo naturam prouocare, augere, & arte vitiorum irritamenta. In poculis libidines cælare iuuit, ac per obscœnitates liberę.*

Ex eadem officina prodierunt cyathi illi, quos Iulius Capitolinus castis oculis horrorem incussisse memorat, quosque Iuuenalis Satyrographus aspergine mordaci, sed parum pudica perluit. Cogitate, viri nobilissimi, quis in illis conuiuijs verecundæ castimonię locus esse potuerit, cui insidias totidē hostes quot conuiuæ moliebantur, in conuiuijs inquam, vbi vinum intus, foris lasciuia, vbi simulacra, quæ etiam Iosephi, Susannę, Lucretięque nitidissimos animos perculissent.

CAPVT

CAPVT II.

1 *Ebrietas in rixas & neces præceps. ruit.*
2 *Vrbes euertit; vt quondam Persepolim Persidis caput.*
3 *Secreta aliorum prodit ebrius.*
4 *Etiam sua.*
5 *Duotyranni blandè veritatem exprimentes amor & vinum.*

LAsciuiam temulentiæ indiuiduam comitem proposuimus: at non ea gaudet solitudine vitiorum regina: non mollibus solùm delectatur: etiam rixas, contentiones, vindictæ animum cæteraſque furoris administras non vult à latere suo discedere. Ita apud omnes antiquos in cõfesso fuit, vt Bacchotauri furibundi cornua affingerent, quod egregiè Albericus, & Cornutus suis nummis è temporum iniuria ereptis testatum reliquerunt. Quàm seuerè propterea Plutarchus monet, vt à mensis, dum amicus præsertim criminis alicuius fugillatur, profusa loquendi licentia procul exulet. Præterquam quod enim commonitio sit conuiuijs intempestiua, si mero simul incalescit, plurimum choleram accẽdit, & vbi salutare monitum te iniecisse crediderit, erit discordiæ seminariũ. Idéq; varias inter

L. de Nat. Deor.

De adul. ab amic. discer.

medelas, quas ad animi motus comprimendos suggerit non postremam collocat, dies aliquot abstemios transigere, seque id remedij vnicè semper adamasse asserit, quod eo modo veluti incruentum & ἀόινον Dijs sacrificium libare consuesset.

Vtinam sanum hoc consilium amplexati fuissent ij, qui potius insano vini imperio obtemperantes manus fraterno sanguine cruentarunt: non iam historiæ cædibus fœdissimis, quibus Alexander aulam suam selectissimis amicis, exercitum eximijs Ducibus, Respublicas præsidibus ornatissimis orbauit, redūdarent. Multum res Macedonicas recreassent Clitus, Parmenio, Philotus, Amyntas cognatus, Attalus Eurilochus, Pausanias & plurimi alij, quos impotens furor etiam cum nouerca & fratribus vita indignissimè priuauit. Stares adhuc, ô Persepolis, magni regni caput, magnorum Regum sedes ac tumulus, te vino concitata iracundia solo afflixit, & in ludibrium ac cineres redegit. Rei gestæ medullam si placet, è Q. Curtio accipite. Ex pellicibus vna Thais & ipsa temulenta, maximā apud omnes Græcos initurum gratiam affirmat, si regiam Persarum iussisset incendi: expectare hoc eos, quorum vrbes Barbari delessent. Ebrio scorto de tanta re ferenti sententiam vnus & alter, & ipsi mero onerati assentiuntur. Rex quoque fuit auidior, quàm patientior. Quin igitur vlciscimur Græciam & vrbi

vrbi faces subdimus? Omnes incaluerant me-,,
ro. Itaque surgũt temulẽti ad incendẽdũ vrbẽ,,
cui armati pepercerant. Primus Rex ignem,,
regiæ iniecit: tum conuiuæ & ministri pelli-,,
ceisque. Multâ cedro ædificata erat Regia, quę,,
celeriter igne concepto fudit incendium.,,
Quod vbi exercitus, qui haud procul vrbe,,
tendebat, prospexit, fortuitum ratus ad opem,,
ferendam concurrit. Sed vt ad vestibulũ re-,,
giæ ventum est, vident Regem ipsum adhuc,,
aggerentem faces. ,,

Omissa igitur, quam portauerant, aqua, a-,,
ridam materiam in incendium iacere cœpe-,,
runt. Hunc exitum habuit regia totius orien-,,
tis, vnde tot Reges ante iura petebant, patria,,
tot regum, vnicus quondam Græciæ terror,,
molita mille nauium classem, & exercitus,,
quibus Europa inundata est, cõtabulato ma-,,
ri molibus, perfossisque montibus, in quorũ,,
specus fretum immissum est. A cne tam lon-,,
ga quidem ętate, quę excidium eius secuta est,,
resurrexit. Alias vrbes habuêre Macedonum,,
Reges, quas nunc habent Parthi. Huius vesti-
gium non inueniretur, *nisi Araxes amnis ostenderet*. Tãdem epiphonemate tragędiam claudit: *Pudebat Macedones tam præclaram vrbem comessabundo Rege deletam esse*, adde & iracundiâ ebrietatis filiâ plenissimo, quæ in causa fuerunt, cur alij complures & maximè Seneca miseram eius vicem indignaretur. *Alexandrum*, ait, *cuius modò feci mentionem, tot itinera,*

tot prælia, tot hyemes, per quas victa temporum locorumque difficultate transierat, tot flumina ex ignoto cadentia, tot maria tutum dimiserunt, intemperantia bibendi, & ille Herculeanus & fatalis scyphus perdidit: quamuis aliqui veneno interijsse velint. Quicquid sit, liquet satis vinolentiam domi militiæque eius mentem ad innumeros barbaræ crudelitatis motus adegisse, ipsaque apprimè illam quadrasse paræmiam: *Alexandrum clementiorem esse in bello erga hostes, quàm in pace & mensa erga amicos.*

Et Velleius paterculus appositæ meritoque Cæsari hoc præconium affinxit. Iulius, alter fuit Alexander, sed Alexander sobrius, non ebrius, mitis & clemens, non iracundus & furiosus: quę bina epitheta cuilibet alteri vinolento etiam discussa ebrietate congruere sic asserit: *Ebrietates continuæ animos in furorem adducunt. nam cum sæpe apud se non sint, consuetudine insaniæ durata vitia, vino concepta etiam sine illo valent: vinolentiam enim vinolentia sequitur.*

PRINCEPS. Euge, vir doctissime, lętamur & stupemus omnes te eam mensam nouis & singularibus ferculis adornare, quam tamen prius omnigenis, & conquisitissimis instructam fuisse rebamur. Sane plurimum ingenij tui fœcunditati tribuendum, quod tot inusitatis germinibus repullulascere, tot quasi riuulis

uulis perennibus valeat scaturire, Eia nunc de riuandum aliquid in arcani custodiam, quæ cum prudentiæ iam multum disputatæ non infima pars numeretur, cumque principum consilia à vulgi sensu quàm remotissima esse oporteat, crediderim ego non aliunde, quàm à temulentia ei labem imminere.

HISTORICVS. Tecum plane sentio, nobilissime Princeps, nec authores nostri hisce loquacitatis crepitaculis refertissimi dissentiunt. In primis se offert Seneca eleganti similitudine mentem suam illustrans: *Quemadmodum musto dolia ipsa rumpuntur, & omne quod in imo iacet: in summam partem vis caloris erectat: sic vino exæstuante, quicquid in imo iacet abditum effertur & prodit in medium. Onerati mero quemadmodum non continent cibum vino redundante, ita ne secretum quidem, quod suum est, & alienum pariter effundunt.* Vel si mauultis, illud idē metro illigatum accipite: Epist. 84.

Suauius ecquid habes musto? tamen æstuat, ardet,
Cogitur in clausis dum latitare cadis.
Impatiens latitat, non hospes ab hospite tutus,
Destruit effractis hospita tecta seris:
Est vilis iactura cadi, iactura sigilli,
Sed parit hospitibus deteriora suis.

Vix aliud odæ Horatianæ concinunt, vti illa secunda Expod. II.

Simul calentis inuerecundus Deus
Feruidiore mero arcana promerat loco & Ode 18.

Arcamque

Arcamque fides prodiga pellucidior vitro.

Vbi ebrius præclarè à Lambino interprete infidelitatis insimulatur, quòd nullâ religione ductus, pectusque gerens quodammodo vitreum, in quo liceat vnicuiq; alienas noxas velut in interiori membranâ exaratas perlegere, quæuis detegat, etiam sanctissimo sigillo præmunita. Nec Ouidium fugit, profusè garrula ebrietas suâ doctum experientiâ:

Tunc aperit mentes, quo rarissima nostro
Simplicitas, artes excutiente Deo.

Neque Propertium:

Ipse Deus tacito permisit lene ministro
Ederet vt multo libera verba meo.
Ipse Deus somno domitos emittere vocem
Iussit & inuitos facta tegenda loqui.

l.14.c.22. Sed quod poëtæ canunt, Plinius meritò lamentatur: *Tunc animi*, inquit, *secreta proferuntur, alij testamenta sua nuncupant, alij mortifera loquuntur, non reditura aſque per iugulum voces non continent: quàm multis ita interemptis, vulgoque veritas iam vino attributa est.* At quæ veritas? nonne illa, quàm sæpius largo sanguinis sui profluuio texisse percuperet ebriosus. κάτοπτρον εἶδος χάλκος ἐσὶ, οἶνος δ' ἀνὴρ, inquit, Eschilus faciei speculũ est chalybs, vinum animæ. quàm acutè & quasi acu tangit malignum vini genium: dum secreta aliorum prodit speculum est pernicioſum, dum sui potatoris

toris deliberationes, consilia, mores, affectus, vitia, motus animi denudat, dum reconditissima quæque in proparulo exponit, nihilque patitur in intimo sinu delitescere, speculum est perniciosissimum. Quid lucem luci addere est necesse? tor mihi testimonia, quot in Græcia, Latioque authores militant, at selectissimos dabo, quos inter præcipit Seneca: *Certè detegit omne vitium ebrietas, & incendit, vbi possedit animum nimia vis vini.*

Quicquid sobri latebat detegit vel emergit, non facit ebrietas vitia, sed protrahit: tunc impudicus morbum profitetur ac publicat: tunc petulans non manum, non linguam continet: crescit insolenti superbia, crudelitas sæuo, malignitas liuido, omne vitium grassatur & prodit. Epist. 84.

Pulchrè Plutarchus in proœmio l. 3. de colloquijs sympositacis differit, vbi cū Platone iugenium geniumque hominis inter cantharos parentem exhibet, luditque in Homerico versu:

Qui prius ignoti, notos dedit ebria mensa.

In quam Pythagoricum silentium nemo potuit inducere, aut efficere, ne non in morū & indolis plenissimam notitiam veniremus. necesse est quis effutiat omnia, quæcunque in buccam venerint, necesse est eructet omnia quæcumque Baccho magistro agitante dixerit. Fenestras, Æsope, pectoribus exoptasti, per quas cuiusque animus vicino pateret, te voti compotem vinum dabit, dabit penitis-

& inquies nocturna: postera die ex ore halitus fœtidi. Valerio lanam à medicis rebus instructissimam adeamus, & videbimus longam morborum, quibus corpora vinciuntur, catenam coaluisse. An vino, ait, quidpiam pestiferum magis, cùm eius luxurians potus & sanitatis & vitæ faciat naufragium! cum secũ paralysin inuehat, artuum stuporẽ, apoplexiam, insaniam, contortiones, spasmum, tormina, cæcitatem, cum denique corporis habitudinem deprauet vniuersam, tamque frigido humore afficiat, vt idoneum omnigenę ægritudinis fiat receptaculum.

A magno viro prodit hæc sententia, sed autẽticis firmata exemplis verior apparebit. Ennius si, credimus Sereno ex meri vsu liberaliore sibi podagram, & ex podagra necem conciuit.

Ennius ipse pater, dum pocula sicca at iniqua,
Hoc vitio tales fertur meruisse dolores

Ecce vt ad temulentiam, quemadmodum cæteri Poëtæ Græci & Latini, erat proclivis.

Ennius ipse Pater nunquam nisi potus ad arma
Prosiluit dicenda.

Ridiculus est apud Ouidium Elpenor, qui temulentus vt scalas conscenderet, singulos quidem gradus enumerauerat, sed vt descenderet, solum vnico opus fuit: è supremo enim corruit, terræq; allisus fœdissimè interijt. Paulò felicior teste Martiale fuit

sors

sors Philostrati in balneis se intus & extus nimium perfundentis:

A Sinuessanis conuiua Philostratus vndis,
Conductum repetens nocte iubente larem,
Pene imitatus obit sauis Elpenora fatis,
Præceps per longos dum ruit vsque gradus.

Cur Anacreon magnus ille versiculorum conditor præter mentem vuæ acinum deglutiens perijt? scilicet semper illud verissimum æstimaui, *per quæ quis peccat, per eadem & punitur:* Sat eius intemperantiam istud Ouidianum arguit:

Sic quoque vinosi Teia musa senis.

Notum Alexandrinum illud inter pocula certamen, in quo Herculeanum scyphum plurimo exhaurienti præmium haud mediocre statuebatur. Protarchus tam insolentis victoriæ cupidus cùm cæteris in arenam descendit, & quattuor congios euacuauit, quorũ singuli nouẽ Heminas pintasue nostras capiebãt. Qui ei palmã præriperet fuit nemo. Quare talẽto, id est, 600. aureis donatus, sed caro ei, vt etiã cæteris antagonistis cõstitit vinosã illã palæstrã, è qua omnes breui post, infamẽ vitæ coronidẽ imponẽtes discesserunt, injisse. Nõne & Archesilaũ alioqui philosophũ insignẽ insolẽtissima meri cupiditas abstulit? nonne eadem Audebundum Angliæ Regem abdomini curãdo deditissimum, ac pene crepantem præfocauit? non defuêre nostro sæculo huiusmodi casus infœliciſsimi, vidi-

quæ vasa adulterijs calata? tanquam per se parum libidines doceat temulentia. Ita vina ex libidine hauriuntur, tunc auidi matronas oculi licentur. Et libro 33. *Heu prodigiosa ingenia! quot modis auximus pretia rerum? accessit ars picturæ, & aurum etiam argentumq; calando carius fecimus, didicit homo naturam prouocare, augere, & arte vitiorum irritamenta. In poculis libidines calare iuuit, ac per obscœnitates liberę.*

Ex eadem officina prodierunt cyathi illi, quos Iulius Capitolinus castis oculis horrorem incussisse memorat, quosque Iuuenalis Satyrographus aspergine mordaci, sed parum pudica perluit. Cogitate, viri nobilissimi, quis in illis conuiuijs verecundæ castimonię locus esse potuerit, cui insidias totidē hostes quot conuiuæ moliebantur, in conuiuijs inquam, vbi vinum intus, foris lasciuia, vbi simulacra, quæ etiam Iosephi, Susannę, Lucretięque nitidissimos animos perculissent.

CAPVT

CAPVT II.

1 *Ebrietas in rixas & neces præceps. ruit.*
2 *Vrbes euertit; vt quondam Persepolim Persidis caput.*
3 *Secreta aliorum prodit ebrius.*
4 *Etiam sua.*
5 *Duotyranni blandè veritatem exprimentes amor & vinum.*

LAsciuiam temulentiæ indiuiduam comitem proposuimus: at non ea gaudet solùm solitudine vitiorum regina: non mollibus solùm delectatur: etiam rixas, contentiones, vindictæ animum cæteraſque furoris administras non vult à latere suo discedere. Ita apud omnes antiquos in cõfesso fuit, vt Baccho tauri furibundi cornua affingerent, quod egregiè Albericus, & Cornutus suis nummis è temporum iniuria ereptis testatum reliquerunt. Quàm seuerè propterea Plutarchus monet, vt à mensis, dum amicus præsertim criminis alicuius fugillatur, profusa loquendi licentia procul exulet. Præterquam quod enim commonitio sit conuiuijs intempestiua, si mero simul incalescit, plurimum choleram accẽdit, & vbi salutare monitum te iniecisse crediderit, erit discordiæ seminariũ. Idẽq; varias inter

L. de Nat. Deor.

De adul. ab amic. discer.

medelas, quas ad animi motus comprimendos suggerit non postremam collocat, dies aliquot abstemios transigere, seque id remedij vnicè semper adamasse asserit, quod eo modo veluti incruentum & φόνον Dijs sacrificium libare consuesset.

Vtinam sanum hoc consilium amplexati fuissent ij, qui potius insano vini imperio obtemperantes manus fraterno sanguine cruentarunt: non iam historiæ cædibus fœdissimis, quibus Alexander aulam suam selectissimis amicis, exercitum eximijs Ducibus, Respublicas præsidibus ornatissimis orbauit, redũdarent. Multum res Macedonicas recreassent Clitus, Parmenio, Philotus, Amyntas cognatus, Attalus Eurilochus, Pausanias & plurimi alij, quos impotens furor etiam cum nouerca & fratribus vita indignissimè priuauit. Stares adhuc, ô Persepolis, magni regni caput, magnorum Regum sedes ac tumulus, te vino concitata iracundia solo afflixit, & in ludibrium ac cineres redegit. Rei gestæ medullam si placet, è Q. Curtio accipite. Ex pellicibus vna Thais & ipsa temulenta, maximã apud omnes Græcos initurum gratiam affirmat, si regiam Persarum iussisset incendi: expectare hoc eos, quorum vrbes Barbari delessent. Ebrio scorto de tanta re ferenti sententiam vnus & alter, & ipsi mero onerati assentiuntur. Rex quoque fuit auidior, quàm patientior. Quin igitur vlciscimur Græciam &

vrbi

vrbi faces subdimus? Omnes incaluerant me-,,
ro. Itaque surgũt temulẽti ad incendẽdũ vrbẽ,,
cui armati pepercerant. Primus Rex ignem,,
regiæ iniecit: tum conuiuæ & ministri pelli-,,
ceſque. Multâ cedro ædificata erat Regia, quę,,
celeriter igne concepto fudit incendium.,,
Quod vbi exercitus, qui haud procul vrbe,,
tendebat, prospexit, fortuitum ratus ad opem,,
ferendam concurrit. Sed vt ad vestibulũ re-,,
giæ ventum est, vident Regem ipsum adhuc,,
aggerentem faces. ,,

Omissa igitur, quam portauerant, aqua, a-,,
ridam materiam in incendium iacere cœpe-,,
runt. Hunc exitum habuit regia totius orien-,,
tis, vnde tot Reges ante iura petebant, patria,,
tot regum, vnicus quondam Græcię terror,,
molita mille nauium classem, & exercitus,,
quibus Europa inundata est, cõtabulato ma-,,
ri molibus, perfosisque montibus, in quorũ,,
specus fretum immissum est. A c ne tam lon-,,
ga quidem ętate, quę excidium eius secuta est,,
resurrexit. Alias vrbes habuêre Macedonum,,
Reges, quas nunc habent Parthi. Huius ves-,,
tigium non inueniretur, *nisi Araxes amnis ostenderet*. Tãdem epiphonemate tragediam clau-
dit: *Pudebat Macedones tam praclaram vrbem à comessabundo Rege deletam esse*, adde & iracun-
diâ ebrietatis filiâ plenissimo, quæ in causa
fuerunt, cur alij complures & maximè Sene-
ca, miseram eius vicem indignaretur. *Alexan-
drum*, ait, *cuius modò feci mentionem, tot itinera,*

tot prælia, tot hyemes, per quas victa temporum locorumque difficultate transierat, tot flumina ex ignoto cadentia, tot maria tutum dimiserunt, intemperantia bibendi, & ille Herculeanus & fatalis scyphus perdidit: quamuis aliqui veneno interijsse velint. Quicquid sit, liquet satis vinolentiam domi militiæque eius mentem ad innumeros barbaræ crudelitatis motus adegisse, ipsaque apprimè illam quadrasse paræmiam: *Alexandrum clementiorem esse in bello erga hostes, quàm in pace & mensa erga amicos.*

Et Velleius paterculus appositæ meritoque Cæsari hoc præconium affinxit. Iulius, alter fuit Alexander, sed Alexander sobrius, non ebrius, mitis & clemens, non iracundus & furiosus: quę bina epitheta cuilibet alteri vinolento etiam discussa ebrietate congruere sic asserit: *Ebrietates continuæ animos in furorem adducunt. nam cum sæpe apud se non sint, consuetudine insaniæ durat a vitia, vino concepta etiam sine illo valent: vinolentiam enim vinolentia sequitur.*

PRINCEPS. Euge, vir doctissime, lętamur & stupemus omnes te eam mensam nouis & singularibus ferculis adornare, quam tamen prius omnigenis, & conquisitissimis instructam fuisse rebamur. Sane plurimum ingenij tui fœcunditati tribuendum, quod tot inusitatis germinibus repullulascere, tot quasi riuulis

uulis perennibus valeat scaturire, Eia nunc de riuandum aliquid in arcani custodiam, quæ cum prudentiæ iam multum disputatæ non infima pars numeretur, cumque principum consilia à vulgi sensu quàm remotissima esse oporteat, crediderim ego non aliunde, quàm à temulentia ei labem imminere.

HISTORICVS. Tecum plane sentio, nobilissime Princeps, nec authores nostri hisce loquacitatis crepitaculis refertissimi dissētiunt. In primis se offert Seneca eleganti similitudine mentem suam illustrans: *Quemadmodum musto dolia ipsa rumpuntur, & omne quod in imo iacet in summam partem vis caloris erectat: sic vino exæstuante, quicquid in imo iacet abditum effertur & prodit in medium. Onerati mero quemadmodum non continent cibum vino redundante, ita ne secretum quidem, quod suum est, & alienum pariter effundunt.* Vel si mauultis, illud idē metro illigatum accipite: Epist. 84.

Suauius ecquid habes musto? tamen æstuat, ardet,
Cogitur in clausis dum latitare cadis.
Impatiens latitat non hospes ab hospite tutus,
Destruit effractis hospita tecta seris:
Est vilis iactura cadi, iactura sigilli,
Sed parit hospitibus deteriora suis.

Vix aliud odæ Horatianæ concinunt, vti illa secunda Expod. II.

Simul calentis inuerecundus Deus feruidiore mero arcana promerat loco & Ode 18.

Arcamque

Arcamque fides prodiga pellucidior vitro.

Vbi ebrius præclarè à Lambino interprete infidelitatis insimulatur, quòd nullâ religione ductus, pectusque gerens quodammodo vitreum, in quo liceat vnicuiq; alienas noxas velut in interiori membranâ exaratas perlegere, quæuis detegat, etiam sanctissimo sigillo præmunita. Nec Ouidium fugit, profusè garrula ebrietas suâ doctum experientiâ:

Tunc aperit mentes, quo rarissima nostro
Simplicitas, artes excutiente Deo.

Neque Propertium:

Ipse Deus tacito permisit lene ministro
Ederet vt multo libera verba meo.
Ipse Deus somno domitos emittere vocem
Iussit & inuitos facta tegenda loqui.

l.14.c.22. Sed quod poëtæ canunt, Plinius meritò lamentatur: *Tunc animi*, inquit, *secreta proferuntur, alij testamenta sua nuncupant, alij mortifera loquuntur, non redituraque per iugulum voces non continent: quàm multis ita interemptis, vulgoque veritas iam vino attributa est.* At quæ veritas? nonne illa, quàm sæpius largo sanguinis sui profluuio texisse percuperet ebriosus. κάτοπτρον ἐίδους χάλκος ἐσὶ, ἔνος δ' ἀνὴρ, inquit, Eschilus faciei speculũ est chalybs, vinum animæ, quàm acutè & quasi acu tangit malignum vini genium: dum secreta aliorum prodit speculum est pernicioſum, dum sui potatoris

toris deliberationes, consilia, mores, affectus, vitia, motus animi denudat, dum reconditissima quæque in proparulo exponit, nihilque patitur in intimo sinu delitescere, speculum est perniciosissimum. Quid lucem luci addere est necesse? tor mihi testimonia, quot in Græcia, Latioque authores militant, at selectissimos dabo, quos inter præcat Seneca: *Certè detegit omne vitium ebrietas, & incendit, vbi possedit animum nimia vis vini.*

Quicquid malè latebat detegit vel emergit, non facit ebrietas vitia, sed protrahit: tunc impudicus morbum profitetur ac publicat: tunc petulans non manum, non linguam continet: crescit insolenti superbia, crudelitas sæuo, malignitas liuido, omne vitium grassatur & prodit. Epist. 84.

Pulchrè Plutarchus in proœmio l. 3. de colloquijs sympositacis differit, vbi cū Platone iugenium geniumque hominis inter cantharos parentem exhibet, luditque in Homerico versu:

Qui prius ignoti, notos dedit ebria mensa.

In quam Pythagoricum silentium nemo potuit inducere, aut efficere, ne non in morū & indolis plenissimam notitiam veniremus. necesse est quis effutiat omnia, quæcunque in buccam venerint, necesse est eructet omnia quæcumque Baccho magistro agitante dixerit. Fenestras, Æsope, pectoribus exoptasti, per quas cuiusque animus vicino pateseceret, te voti compotem vinum dabit, dabit penitis-

penitissimos recessus affatim, vt sic dicam, expectorari. Bacchus apud Horatium totus teres est, ac rotundus:

Non ego te, candide Bassareu,
Inuitum quatiam.

Adinuenit Antiphanes binos Tyrannos leni tormento ac suaui violētia veritatem exprimentes, vinum & amorem: sed eos Pittacus vir è septenario Sapientum collegio voluit à Periandro Corinthio, si consiliorum suorū custodiæ consultum vellet, cāne peius & angue vitare. Quot inde nata adagia? οἶνος καὶ ἀλήθεια seu ἐν οἴνῳ ἀλήθεια in vino veritas. *Ab ore triplici veritas, puerorum, stultorum, ebriorum.* Cicero in Topicis inter ea, quæ fidem faciunt, infantiam, pueritiam, somnium, impudentiam, stultitiam, & ebrietatem collocat. Plato veritatem vini filiam facit. & l. 1. de legibus, equuleū esse internoscendis hominū moribus ingeniosissimū: ego sanè nō tormento, equuleo, duriotibus istis nominibus vterer, sed potius illecebra, esca, hamo & similibus. O ebriose, quàm dispari tecum ratione pugnas, & dominaris! iam meri cibique fatur non te pudet ea eloqui & prodere, quæ à te sicco ne cētum equulei & tormenta impetrarent: Siccum modò pudor, modò verecundia, modò ratio edocent, potius ignominiosissimæ necis latebras subeundas, quā ea, quæ æterni silētij velo tegenda sunt, reueles: te verò madidum hac cautela prorsus carere canit, aut potius ridet Ouidius.

In Alcib.

Nox & amor, vinumque nihil moderabile suadēt,
Ista pudore vacat Liber amorque metu.

Et Seneca: *Eruit omne vitium ebrietas & obstantem malis conatibus verecundiam remouet.* Non importunè hîc insererem insignem Clementis Alexandrini descriptionem, at quia prolixior, consultus præteribo: neque hunc callem à collegis meis nuper satis superque tritum vlterius percurrendum censui.

CAPVT III.

1 *Ebrietas bonam corporis habitudinem perdit.*
2 *Varijs modis aufert quam plurimos.*
3 *Oculorum aciem corrumpit. Arguta hac de re Epigrammata.*
4 *Aceruus malorum quem secum trahit.*

CVM ordo ab orationis meæ exordio præstitutus mihi quasi digito commõstret detrimentorum multitudinem, quæ ex fertili hac Hydra in corpus humanum redũdant. Nõ pigebit variorum temporum atq; authorum tanquam officinas adire, quo sẽper mortalibus pernoxiam fuisse iudicetis. Plinianã ingrediamur, & turba illa sese protinus oculis obiectabit: *Pallor & genę pendula, oculorum vlcera, tremulæ manus, effundentes plena vasa, & quæsita pœna præsens, furiales somni & in-* *l. 4. c. 23.*

& inquies nocturna: postera die ex ore halitus fœtidi. Valerio lanam à medicis rebus instructissimam adeamus, & videbimus longam morborum, quibus corpora vinciuntur, catenam coaluisse. An vino, ait, quidpiam pestiferum magis, cùm eius luxurians potus & sanitatis & vitæ faciat naufragium! cum secũ paralysin inuehat, artuum stuporẽ, apoplexiam, insaniam, contortiones, spasmum, tormina, cæcitatem, cum denique corporis habitudinem deprauet vniuersam, tamque frigido humore afficiat, vt idoneum omnigenę ægritudinis fiat receptaculum.

A magno viro prodit hæc sententia, sed autẽticis firmata exemplis verior apparebit. Ennius si, credimus Sereno ex meri vsu liberaliore sibi podagram, & ex podagra necem consciuit.

Ennius ipse pater, dum pocula sicca iniqua,
Hoc vitio tales fertur meruisse dolores

Ecce vt ad temulentiam, quemadmodum cæteri Poëtæ Græci & Latini, erat procliuis.

Ennius ipse Pater nunquam nisi potus ad arma
Prosiluit dicenda.

Ridiculus est apud Ouidium Elpenor, qui temulentus vt scalas conscenderet, singulos quidem gradus enumerauerat, sed vt descenderet, solum vnico opus fuit: è supremo enim corruit, terræq; allisus fœdissimè interijt. Paulò felicior teste Martiale fuit

sors

lors Philostrati in balneis se intus & extus nimium perfundentis:

A Sinuessanis conuiua Philostratus vndis,
Conductum repetens nocte iubente larem,
Pene imitatus obit sauis Elpenora fatis,
Præceps per longos dum ruit vsque gradus.

Cur Anacreon magnus illo versiculorum conditor præter mentem vuæ acinum deglutiens perijt? scilicet semper illud verissimum æstimaui, *per quæ quis peccat, per eadem & punitur:* Sat eius intemperantiam istud Ouidianum arguit:

Sic quoque vinosi Teia musa senis.

Notum Alexandrinum illud inter pocula certamen, in quo Herculeanum scyphum plurimo exhaurienti præmium haud mediocre statuebatur. Protarchus tam insolentis victoriæ cupidus cùm cæteris in arenam descendit, & quattuor congios euacuauit, quorũ singuli nouẽ Heminas pintasue nostras capiebãt. Qui ei palmã præriperet fuit nemo. Quare talẽto, id est, 600. aureis donatur, sed caro ei, vt etiã cæteris antagonistis cõstitit vinosã illã palæstrã, è qua omnes breui post, infamẽ vitæ coronidẽ imponẽtes discesserunt, inijsse. Nõne & Archesilaũ alioqui philosophũ insignẽ insolẽtissima meri cupiditas abstulit? nonne eadem Audebundum Angliæ Regem abdomini curãdo deditissimum, ac pene crepantem præfocauit? non defuêre nostro sæculo huiusmodi casus infœliciſsimi, vidi-

stis ipsi non dubito, plura, quàm referre possim ac præsertim ægritudines, quæ se quotidiano vsu produnt, innumeras. Si forsan antiquiora malitis, quàm longa paralysis Iacidem lecto attinuit, & tandem morti, quam mollibus vini delicijs præuertẽdam cogitaret, subiugauit. Rigulus luctator celeberrimus, vt vidit se Titi gratiam adeo aucupatum, vt etiam balnei sui copiã facere non renueret, vix præ lętitia apud se erat; totus ergo gestiẽs & quasi gratulaturus sibi, ingentem cratera ebibit, simulque apoplexiam imbibit, nec non prępropera m necem.

Etti verò extremæ necessitati nos minimè semper addicat temulentia, multas tamen varijs corporis partibus facessit molestias, ac præsertim oculis, quibus secundum vitam nihil carius: fidem facit argutum epigramma medico & ebrioqui, illis, quam septembris fructibus carere maluit, interloquentibus.

Perdis ait vino medicus tua lumina fusco,
Consultat secum quid velit ergo sequi.
Sidera, terra fretumque, solent quacunque videri,
Omnia sunt, inquit, visa reuisa mihi:
Multa mihi sed vina tamen gustanda supersunt,
Multa refert amnis quam noua musta nouus.
Iam certus, firmusque, valebitis, inquit, ocelli:
Nempe satis vidi, non satis vsque bibi.

Non

Non minus lepidum alterius facinus, qui medici consilio acquiescere tergiversatus parui duxit vini calorem cœcutientibus oculis subtrahi, modò eius saporem odoremque in palato seruaret illibatum.

Admonuit medicus Lippum Theodore, Marullum,
Ne vinum cœcus ni velit esse bibat.
Pareat vt medico quanquam agrè abstemius esse,
Ecce duos totos sustinet vsque dies:
Post sitit assueti reuocatus imagine vini,
Iamque foras medico vera minante ruit,
Verum erat ad vinum cum sic sua lumina mœstus,
Affatur posito iam pertura mero.
Huc iter est, huc me fidi duxistis ocelli,
Nunc bibite & dulces ambo valete duces.
Gustus odorq; manent, miratur abire colorem,
In nigras subeunt lumina dum tenebras.
Hoc tamen aduersum lenit solamine casum,
Dote meri minimum quod caritus erat.

Si vestris auribus graue non foret, adijcerem & alterum de lepidulo homine haud inuenustum, cui oculorum ruina à vino quâ post fata à vermibus tolerabilior videbatur.

Potando medicus perituros dixit ocellos
Fusco, qui cum se consuluisset, ait.
Perdere dulcius est potando, quàm vt mea seruem,
Erodenda pigris lumina vermiculis.

An non mirum est fluxam voluptatem, & euanidam deliciarum bullam tam frugiferæ, tam necessario oculorum vsui, è quibus innumera bona tum corpori, tum animæ, nec non

medelas, quas ad animi motus comprimendos suggerit non postremam collocat, dies aliquot abstemios transigere, seque id remedij vnicè semper adamasse asserit, quod eo modo veluti incruentum & ἀόινον Dijs sacrificium libare consuesset.

Vtinam sanum hoc consilium amplexati fuissent ij, qui potius insano vini imperio obtemperantes manus fraterno sanguine cruentarunt: non iam historiæ cædibus fœdissimis, quibus Alexander aulam suam selectissimis amicis, exercitum eximijs Ducibus, Respublicas præsidibus ornatissimis orbauit, redūdarent. Multum res Macedonicas recreassent Clitus, Parmenio, Philotus, Amyntas cognatus, Attalus Eurilochus, Pausanias & plurimi alij, quos impotens furor etiam cum nouerca & fratribus vita indignissimè priuauit. Stares adhuc, ô Persepolis, magni regni caput, magnorum Regum sedes ac tumulus, te vino concitata iracundia solo afflixit, & in ludibrium ac cineres redegit. Rei gestæ medul-
" lam si placet, è Q. Curtio accipite. Ex pel-
" licibus vna Thais & ipsa temulenta, maximā
" apud omnes Græcos initurum gratiam affir-
" mat, si regiam Persarum iussisset incendi: ex-
" pectare hoc eos, quorum vrbes Barbari deles-
" sent. Ebrio scorto de tanta re ferenti senten-
" tiam vnus & alter, & ipsi mero onerati assen-
" tiuntur. Rex quoque fuit auidior, quàm pati-
" entior. Quin igitur vlciscimur Græciam &

vrbi

vrbi faces subdimus? Omnes incaluerant me-
ro. Itaque surgũt temulẽti ad incendẽdũ vrbẽ,
cui armati pepercerant. Primus Rex ignem
regiæ iniecit: tum conuiuæ & ministri pelli-
cesque. Multâ cedro ædificata erat Regia, quę
celeriter igne concepto fudit incendium.
Quod vbi exercitus, qui haud procul vrbe
tendebat, prospexit, fortuitum ratus ad opem
ferendam concurrit. Sed vt ad vestibulũ re-
giæ ventum est, vident Regem ipsum adhuc
aggerentem faces.

Omissa igitur, quam portauerant, aqua, a-
ridam materiam in incendium iacere cœpe-
runt. Hunc exitum habuit regia totius orien-
tis, vnde tot Reges ante iura petebant, patria,
tot regum, vnicus quondam Græcię terror,
molita mille nauium classem, & exercitus,
quibus Europa inundata est, cõtabulato ma-
ri molibus, perfossisque montibus, in quorũ
specus fretum immissum est. Ac ne tam lon-
ga quidem ętate, quę excidium eius secuta est,
resurrexit. Alias vrbes habuêre Macedonum
Reges, quas nunc habent Parthi. Huius vesti-
gium non inueniretur, *nisi Araxes amnis ostenderet*. Tãdem epiphonemate tragędiam claudit: *Pudebat Macedones tam præclaram vrbem à comessabundo Rege deletam esse*, adde & iracundiâ ebrietatis filiâ plenissimo, quæ in causa fuerunt, cur alij complures & maximè Seneca, miseram eius vicem indignaretur. *Alexandrum*, ait, *cuius modò fecimus mentionem, tot itinera,*

tot prælia, tot hyemes, per quas victa temporum locorumque difficultate transierat, tot flumina ex ignoto cadentia, tot maria tutum dimiserunt, intemperantia bibendi, & ille Herculeanus & fatalis scyphus perdidit: quamuis aliqui veneno interijsse velint. Quicquid sit, liquet satis vinolentiam domi militiæque eius mentem ad innumeros barbaræ crudelitatis motus adegisse, ipsaque apprimè illam quadrasse parœmiam: *Alexandrum clementiorem esse in bello erga hostes, quàm in pace & mensa erga amicos.*

Et Velleius paterculus appositæ meritoque Cæsari hoc præconium affinxit. Iulius, alter fuit Alexander, sed Alexander sobrius, " non ebrius, mitis & clemens, non iracundus & furiosus: quę bina epitheta cuilibet alteri vinolento etiam discussa ebrietate congruere sic asserit: *Ebrietates continuæ animos in furorem adducunt. nam cum sæpe apud se non sint, consuetudine insaniæ durata vitia, vino concepta etiam sine illo valent: vinolentiam enim vinolentia sequitur.*

PRINCEPS. Euge, vir doctissime, lętamur & stupemus omnes te eam mensam nouis & singularibus ferculis adornare, quam tamen prius omnigenis, & conquisitissimis instructam fuisse rebamur. Sane plurimum ingenij tui fœcunditati tribuendum, quod tot inusitatis germinibus repullulascere, tot quasi riuulis

uulis perennibus valeat scaturire, Eia nunc de riuandum aliquid in arcani custodiam, quæ cum prudentiæ iam multum disputatæ non infima pars numeretur, cumque principum consilia à vulgi sensu quàm remotissima esse oporteat, crediderim ego non aliunde, quàm à temulentia ei labem imminere.

HISTORICVS. Tecum plane sentio, nobilissime Princeps, nec authores nostri hisce loquacitatis crepitaculis refertissimi dissétiunt. In primis se offert Seneca eleganti similitudine mentem suam illustrans: *Quemadmodum musto dolia ipsa rumpuntur, & omne quod in imo iacet in summam partem vis caloris erectat: sic vino exæstuante, quicquid in imo iacet abditum effertur & prodit in medium. Onerati mero quemadmodum non continent cibum vino redundante, ita ne secretum quidem, quod suum est, & alienum pariter effundunt.* Epist. 84. Vel si mauultis, illud idē metro illigatum accipite:

Suauius ecquid habes musto? tamen æstuat, ardet,
Cogitur in clausis dum latitare cadis.
Impatiens latitat non hospes ab hospite tutus,
Destruit effractis hospita tecta seris:
Est vilis iactura cadi, iactura sigilli,
Sed parit hospitibus deteriora suis.

Vix aliud odæ Horatianæ concinunt, vti illa secunda Expod. II.

Simul calentis inuerecundus Deus feruidiore mero arcana promerat loco & Ode 18.

Arcamque

Arcamque fides prodiga pellucidior vitro.

Vbi ebrius præclarè à Lambino interpretè infidelitatis insimulatur, quòd nullâ religione ductus, pectusque gerens quodammodo vitreum, in quo liceat vnicuiq; alienas noxas velut in interiori membranâ exaratas perlegere, quæuis detegat, etiam sanctissimo sigillo præmunita. Nec Ouidium fugit, profusè garrula ebrietas suâ doctum experientiâ:

Tunc aperit mentes, auo rarissima nostro
Simplicitas, artes excutiente Deo.

Neque Propertium:

Ipse Deus tacito permisit lene ministro
Ederet vt multo libera verba meo.
Ipse Deus somno domitos emittere vocem
Iussit & inuitos facta tegenda loqui.

L. 14. c. 22. Sed quod poëtæ canunt, Plinius meritò lamentatur: *Tunc animi*, inquit, *secreta proferuntur, alij testamenta sua nuncupant, alij mortifera loquuntur, non reditura sque per iugulum voces non continent: quàm multis ita interemptis, vulgoque veritas iam vino attributa est.* At quæ veritas? nonne illa, quàm sæpius largo sanguinis sui profluuio texisse percuperet ebriosus. χάτοπτρον εἶδους χάλκος ἐσὶ, οἶνος δὲ νῶς, inquit, Eschilus faciei speculũ est chalybs, vinum animæ. quàm acutè & quasi acu tangit maligna vini genium: dum secreta aliorum prodit speculum est pernicioſum, dum sui potatoris

toris deliberationes, consilia, mores, affectus, vitia, motus animi denudat, dum reconditissima quæque in proparulo exponit, nihilque patitur in intimo sinu delitescere, speculum est perniciosissimum. Quid lucem luci addere est necesse? tor mihi testimonia, quot in Græcia, Latioque authores militant, at selectissimos dabo, quos inter præcat Seneca: *Certè detegit omne vitium ebrietas, & incendit, vbi possedit animum nimia vis vini.*

Quicquid sobri latebat detegit vel emergit, non facit ebrietas vitia, sed protrahit: tunc impudicus morbum profitetur ac publicat: tunc petulans non manum, non linguam continet: crescit insolenti superbia, crudelitas sæuo, malignitas liuido, omne vitium grassatur & prodit. Epist. 84. Pulchrè Plutarchus in proœmio l. 3. de colloquijs sympositacis differit, vbi cū Platone ingenium geniumque hominis inter cantharos parentem exhibet, luditque in Homerico versu:

Qui prius ignoti, notos dedit ebria mensa.

In quam Pythagoricum silentium nemo potuit inducere, aut efficere, ne non in morū & indolis plenissimam notitiam veniremus. necesse est quis effutiat omnia, quæcunque in buccam venerint, necesse est eructet omnia quæcumque Baccho magistro agitante didicerit. Fenestras, Æsope, pectoribus exoptasti, per quas cuiuisque animus vicino pateseceret, te voti compotem vinum dabit, dabit penitis-

penitissimos recessus affatim, vt sic dicam, expectorari. Bacchus apud Horatium totus teres est, ac rotundus:

Non ego te, candide Bassareu,
Inuitum quatiam.

Adinuenit Antiphanes binos Tyrannos leni tormento ac suaui violētia veritatem exprimentes, vinum & amorem: sed eos Pittacus vir è septenario Sapientum collegio voluit à Periandro Corinthio, si consiliorum suorū custodiæ consultum vellet, cane peius & angue vitare. Quot inde nata adagia? οἶνος καὶ ἀλήθεια seu ἐν οἴνῳ ἀλήθεια in vino veritas. *Ab ore triplici veritas, puerorum, stultorum, ebriorum.* Cicero in Topicis inter ea, quæ fidem faciunt, infantiam, pueritiam, somnium, impudentiam, stultitiam, & ebrietatem collocat. Plato veritatem vini filiam facit. & l. 1. de legibus, equuleū esse internoscendis hominū moribus ingeniosissimū: ego sanè nō tormento, equuleo, duriorib⁹ istis nominibus vterer, sed potius illecebra, esca, hamo & similibus. O ebriose, quàm dispari tecum ratione pugnas, & dominaris! iam meri cibique satur non te pudet ea eloqui & prodere, quæ à te sicco ne cētum equulei & tormenta impetrarent: Siccum modò pudor, modò verecundia, modò ratio edocent, potius ignominiosissimæ necis latebras subeundas, quā ea, quæ æterni silētij velo tegenda sunt, reuelesse: te verò madidum hac cautela prorsus carere canit, aut potius ridet Ouidius.

In Alcib.

Nox

Nox & amor, vinumque nihil moderabile suadēt,
Ista pudore vacat Liber amorque metu.

Et Seneca: *Eruit omne vitium ebrietas & obstantem malis conatibus verecundiam remouet.* Non importunè hîc insererem insignem Clementis Alexandrini descriptionem, at quia prolixior, consultus præteribo: neque hunc callem à collegis meis nuper satis superque tritum vlterius percurrendum censui.

CAPVT III.

1 *Ebrietas bonam corporis habitudinem perdit.*
2 *Varijs modis aufert quam plurimos.*
3 *Oculorum aciem corrumpit. Argutа hac de re Epigrammata.*
4 *Aceruus malorum quem secum trahit.*

CVM ordo ab orationis meæ exordio præstitutus mihi quasi digito commōnstret detrimentorum multitudinem, quæ ex fertili hac Hydra in corpus humanum redūdant. Nō pigebit variorum temporum atq; authorum tanquam officinas adire, quo sēper mortalibus pernoxiam fuisse iudicetis. Plinianā ingrediamur, & turba illa sese protinus oculis obiectabit: *Pallor & genę pendula, oculorum vlcera, tremulæ manus, effundentes plena vasa, & quæsita pœna præsens, furiales somni & in-* *l. 4. c. 22.*

& inquies nocturna: postera die ex ore halitus fœtidi. Valerio lanam à medicis rebus instructissimam adeamus, & videbimus longam morborum, quibus corpora vinciuntur, catenam coaluisse. An vino, ait, quidpiam pestiferum magis, cùm eius luxurians potus & sanitatis & vitæ faciat naufragium! cum secũ paralysin inuehat, artuum stuporẽ, apoplexiam, insaniam, contortiones, spasmum, tormina, cæcitatem, cum denique corporis habitudinem deprauet vniuersam, tamque frigido humore afficiat, vt idoneum omnigenę ægritudinis fiat receptaculum.

A magno viro prodit hæc sententia, sed autẽticis firmata exemplis verior apparebit. Ennius si, credimus Sereno ex meri vsu liberaliore sibi podagram, & ex podagra necem conciuit.

Ennius ipse pater, dum pocula ficcat iniqua,
Hoc vitio tales fertur meruisse dolores

Ecce vt ad temulentiam, quemadmodum cæteri Poëtæ Græci & Latini, erat propliuis.

Ennius ipse Pater nunquam nisi potus ad arma
Prosiluit dicenda.

Ridiculus est apud Ouidium Elpenor, qui temulentus vt scalas conscenderet, singulos quidem gradus enumerauerat, sed vt descenderet, solum vnico opus fuit: è supremo enim corruit, terræq; allisus fœdissimè interijt. Paulò felicior teste Martiale fuit

sors

lors Philostrati in balneis se intus & extus nimium perfundentis:

A Sinuessanis conuiua Philostratus vndis,
Conductum repetens nocte iubente larem,
Pene imitatus obit sauis Elpenora fatis,
Praceps per longos dum ruit vsque gradus.

Cur Anacreon magnus ille versiculorum conditor præter mentem vuæ acinum deglutiens perijt? scilicet semper illud verissimum æstimaui, *per quæ quis peccat, per eadem & punitur:* Sat eius intemperantiam istud Ouidianum arguit:

Sic quoque vinosi Teia musa senis.

Notum Alexandrinum illud inter pocula certamen, in quo Herculeanum scyphum plurimo exhaurienti præmium haud mediocre statuebatur. Protarchus tam insolentis victoriæ cupidus cùm cæteris in arenam descendit, & quattuor congios euacuauit, quorũ singuli nouẽ Heminas pintasue nostras capiebãt. Qui ei palmã præriperet fuit nemo. Quare talẽto, id est, 600. anreis donatur, sed caro ei, vt etiã cæteris antagonistis cõstitit vinosã illã palæstrã, è qua omnes breui post, infamẽ vitæ coronidẽ imponẽtes discesserunt, inijsse. Nõne & Archesilaũ alioqui philosophũ insignẽ insolẽtissima meri cupiditas abstulit? nonne eadem Audebundum Angliæ Regem abdomini curãdo deditissimum, ac pene crepantem præfocauit? non defuêre nostro sæculo huiusmodi casus infœliciſsimi, vidi-

Non minus lepidum alterius facinus, qui medici consilio acquiescere tergiversatus parui duxit vini calorem cœcutientibus oculis subtrahi, modò eius saporem odoremque in palato seruaret illibatum.

Admonuit medicus Lippum Theodore, Marullum,
Ne vinum cœcus ni velit esse bibat.
Pareat vt medico quanquam agrè abstemius esse,
Ecce duos totos sustinet vsque dies:
Post sitit assueti reuocatus imagine vini,
Iamque foras medico vera minante ruit,
Verum erat ad vinum cum sic sua lumina mœstus,
Affatur posito iam pene tura mero.
Huc iter est, huc me fidi duxistis ocelli,
Nunc bibite & dulces ambo valete duces.
Gustus odorq; manent, miratur abire colorem,
In nigras subeunt lumina dum tenebras.
Hoc tamen aduersum lenit solamine casum,
Dote meri minimum quod caritaurus erat.

Si vestris auribus graue non foret, adijcerem & alterum de lepidulo homine haud inuenustum, cui oculorum ruina à vino quã post fata à vermibus tolerabilior videbatur.

Potando medicus perituros dixit ocellos
Fusco, qui cum se consuluisset, ait.
Perdere dulcius est potando, quàm vt mea seruem,
Erodenda pigris lumina vermiculis.

An non mirum est fluxam voluptatem, & euanidam deliciarum bullam tam frugiferæ, tam necessario oculorum vsui, è quibus innumera bona tum corpori, tum animæ, nec non

priuatis ac publicis rebus promanãt, anteponi? Dispereat potius vis gustandi & tangendi è quibus non tam ad animum liquidę voluptates, sed quæ solum terrestre quidpiam redolent, & sæpius æternam animo perniciem accersunt, solent peruenire. Adhuc felix quodammodo ebriorum esset miseria, si tantum oculis adhæresceret malum, sed ad cæteros artus articulosque cum ingenti damno serpere author est Plutarchus. Vnde eos impallescere, contremiscere, flaccescere contigit, nisi quia vitales spiritus, qui vegetandis artubus sunt destinati concutiuntur: hinc linguã prepedit turpis balbuties, contrahuntur nerui, obruitur sensatio, & plerumque nativo calore euanescente generalis membrorum resolutio procreatur. Quid remis velisque fugiendum magis, quàm ante diem canescere, quã caluitium pati, quàm senum affectionibus & symptomatibus ætatis florẽ emarcescere? Ea est vini malignitas, ait idem Plutarchus, vt igne suo quicquid humoris inest capiti, exhalet, exudetque. Quidpiamne voci suæ metuit cantor aut orator?

Abstineat Venere & Baccho, qui Pythia cantat
Tibicen.

Indoleatne Iuuenis ver illud ætatis, atq; adeo eximiam venustatem deflorescere.

Vino forma perit, vino corrumpitur ætas.

Den que reliquorum malorum cumulos è Virgiliano versu de vino & Venere, quæ duo veluti

veluti gemina monstra ad humani generis exitium cupiditatem excitasse asserit, colligite.

Nec Veneris, nec tu Vini capieris amore:
Vno namque malo Vina Venusque nocent.
Vt Venus eneruat vires: sic copia Bacchi,
Et tentat gressus, debilitatque pedes.
Multos cæcus amor cogit secreta fateri:
Arcanum demens detegit ebrietas.
Bellum sæpe peti fertis exitiale Cupido,
Sæpe manus itidem Bacchus ad arma vocat.
Perdidit horrendo Troiam Venus improba bello:
Et Lapithas bello perdis Iacche graui.
Denique cum mentes hominum furiarit vterque
Et pudor & probitas & metus omnis abest.
Compedibus Venerem, vinclis constringe Lyæum,
Nec te muneribus ladat vterque suis.
Vina sitim sedant: natis venus almacreandis:
Ast horum fines transiliisse nocet.

CAPVT

CAPVT IV.

1 *Reges, regna & vrbes ebrietas absumpsit.*

2 *Christianis crapulam edormientibus Religionis nostræ hostes vrbes intercipiunt.*

3 *Nationes vino deditæ tandem sub hostium imperium cecidêre.*

4 *Contra temperantes & sobriæ orbem domuerunt.*

5 *Poetæ plus æquo vinum laudantes damnati.*

ALTERVM à nobis propositum caput, quo Resp. fortunarum suarum orbitatem, vastatio item; à temulentia procreatam sordidata lugeat, aggredi iuuabit. Non priuatorum domicilia adire mihi fixum est, vbi familiarissimum est hoc malum, vbi maritorum comessationes quotidianis vxorum lacrymis satis deplorãtur. Vrbes volo primarias, regna æraria, & innumeras facultates per immoderationem omnino exhaustas. Quanta lugendi occasio toti patriæ obtigit quandiu Demetrio infami domino & crudeli dominata est? quandiu ducenta talenta, seu centum viginti aureorum millia, quæ in gulæ delicias profusissimè insumebat, annuatim pendere coacta est? Quanta Massagetas seu Tartaros, quorum exercitus munitissimos mollis & in-

& inusitata vini illecebra perdidit, calamitas oppressit. Cum Cyrus illas partes iam spe deuorasset, stratagemate egregio se conuasasse, aut potius castra deseruisse simulauit, inibi solum loculento meri & ciborum commeatu relicto. Massagetæ tam suaui prædæ dudum inhiantes accesere, ratique procul omne abesse periculum, se totos mero perfudere: nec opus fuit alio cubili: ibi enim cum bibace illa Plauti fœmina se sepultos peruolebant, & reuera sepulti fuerunt, somno scilicet qui Cyro in sopita corpora facilè sæuiente factus est æternus.

Quid in causa fuit, cur Hannibal ex Italia sæuissimis bellis afflictata summo cum dedecore sese receperit, imperijque quod hactenus aduersus Romanos inuictum steterat, iacturam fecerit? ille, inquam, Hannibal, qui toties Ausonios, & non semel octoginta millia deleuerat, qui dēfissimas acies illeso corpore penetrârat, qui suorū quinquaginta millibus nationes prope omnes debellârat, qui deniq; ingenti robore, scientiâ militari, æstu bellico quodcunque susciperet felicissimè conficiebat? quid in causa fuit, cur nocte vnâ tam insignes thesauros, tot parta de Romanis trophea, tot ciuitates expugnatas, eò vndo venerāt refūdere cogeretur? an nō Cāpania vnica cupediarū ac vini feracissima, quę Herculeanos eius militū animos adeo effœminarū, vt è robustis lasciui, ex intrepidis meticulosi,

ex

ex industrijs & promptis molles ac testudinei euaserint. Voluptas & cupediæ, scribit Plutarchus, sensim hominem inescantes robur eneruant, bonam virtutis indolem deprauãt, cõsilia pereruertũt, mẽtẽ emolli, quę homini sũt damnosissima: Et sanè Campana mollities Chartaginensibus & Hannibali maiori fuit detrimento, quàm arduæ Alpes & immanes Romanorum conatus: illic enim semel hybernasse ita nocuit, vt redeunte vere nec solis, nec ciborum, nec famis, nec sitis difficultatibus amplius obdurarent, virtutemque militarem prorsus ex animo amandasse viderentur. Censuit Seneca non sibi vtendum validiore machinâ ad deijciendum è sui familiaris animo temulentiæ propugnaculum, quàm hac damnorum eius communium enarratione. *Cogita*, inquit, *quas clades ediderit publicas ebrietas. Hac acerrimas gẽtes, bellicosasq́, hostibus tradidit, hac multorum annorum pertinacia bello defensa mœnia patefecit, hac contumacissimos & iugum recusantes in alienum redegit arbitrium, hac inuictas acies mero domuit.*

Meminerimus, quæso, aut potius cum Cedreno quam labem Catholicorum intemperantia nomini Christiano attulerit defleamus Michael Cæsar cognomento Balbus exercitum naualem delectu superbissimo coactum Duce Cratero in Sarracenos miserat. Felicem cursum nauigatio est consecuta, pugnatum

ad

ad Cretam vtrimque viriliter, & inter vtrũque diei crepuſculum ſemper ancipiti marte. Tandem fuſis fugatiſq; Sarracenis, Cretaque intercepta ſtetit à parte Chriſtianorum victoria perilluſtris, ſed etiam per victorum inſolentiam perbreuis: namq; in tuto res ſuas collocatas rati comeſſationibus ſuauem dederũt operam, potuq, in altam noctem extento ſõnum ſibi conciliarunt. Sed aſtant vigiles Sarraceni, tamq; opportunæ occaſioni imminẽtes in dormientium caſtra facilè irrumpunt, omneſq; ad internecionem trucidant. O cataſtophen deplorandam, ô dedecus vix ſanguineis lacrymis expiandum! nobis Barbaros virtutis bellicæ ac ſcientiæ militaris palmam cedere: nos contra Chriſtianos ab ijſdẽ ſobrietatis ac temperantiæ laude ſuperari! adeone prefricta perſtamus fronte? eam ſaltem Cadan Rex Tartarus rubore ſuffundat. Hic teſte Bonfinio ad regni ſui fines propagandos cum ingẽti exercitu Allemanos verſus mouerat, qui ſubodorati hanc in ſe cudi fabam quãtocyus eius conatibus obſtiterunt: Cadan quaſi ſe viribus imparem profiteretur, tantiſper terga vertit, dum noſtri omni poſito metu rem in vado eſſe clamantes, & gratulabundi ſeſe mutuis menſis excipiunt, & martium furorem in bacchicos luſus vertunt. Verùm, ô ludum inſolentem! quaſi viribus redintegratis Cadan regreditur & omnibus quas animo præceperat, vrbibus, *L. 8. dec 2.*

oppidis, arcibus, ac locis potitur.

Si antiqua retro secula reuoluere mihi fas esset, luce meridiana clariùs pateret eas omnes nationes, quæ ab Athenæo dictæ sunt φίλοινοι καὶ πολιπότωι, quæq; spontaneum ebrietatis iugum subierunt, à suis hostibus fuisse miserrimè subiugatos. Quàm acerbam seruitutem olim sensêre Tapiriani: illi extus & in cute se vino imbuẽtes omne aliud vnguẽtum etiam pretiosissimum prę illo respuebant. Quid vilius Philagensibus? & illi nullum aliud domicilium, quàm popinarum nacti sunt, vbi absque vlla honesta exercitatione in otio consenescebant. Quàm infelices Byzantini de die victum manibus quæritantes, in potando pernoctes? Quid Tyrinthij & Argiui, nisi inter cyathos pugnaces, in bello fugacissimi? Milesij apud Athenæum ebrioſi simul & ὕβρισαι id est iniurioſi nuncupantur. Parthæ sat suo adagio innotescunt, quo *mage bibunt, mage sitiunt*: nec minus celebres Scythæ & Thraces, de quibus Plato, Anacreon, Horatius: celebriores apud Tacitũ Germani, quibus solidas dies nocteſq; conuiuari ne minima quidem parenthesi interposita non probro, sed laudi vertebatur. Sed videbitur ebrietas, nullibi sic vti in Græcia stabilem sedem fixisse: vnde porro vulgatissima illa verba *Græcari & pergræcari* omnium pene Latinorum libros aſpergẽtia, Horatij l. 2, Satyr. 2.

vel

——vel si Romana fatigat
Militia assuetum Graecari.

Et Romani Oratoris in 2. Verrina *sit sermo inter eos, & inuitatio, vt Graecorũ more biberetur.* & Plauti in Mosell. *Dies noctesq; bibite pergraca-mini.* Item in Bacchi *Atq; pollicetur se daturũ aurum mihi quod dein scortis, quodq; in lustris comedam & pergracem Pater.*

Ecquis tandem tot gentium multitudine innumerabilium fuit exitus? certe vnus idemq; superbissimo Tyrannorum dominatui subiacuêre: & quidem pro re nata: quandoquidem priùs manus dederant, imò corpus & animum vino & delicijs nuncupârant. Id hodierna die indolent potissimum Thraces ac Byzantini intolerabile Turcicæ Tyrannidis jugum, sub quo multis iam sæculis gemuerunt, neutiquam excutere valentes.

Quantò seconsultius illæ prouinciæ ac gentes habuêre, quæ regnorum ac ditionum suarum firmitati studentes fluxam meri voluptatem à suis finibus prudentissimè arcuerunt. Locrios olim huiusmodi sors beauit, qui Seleuci legislatoris nutibus obsequentissimi ipsismet ægris illud interdicebant, nec potuit nisi semel quis bibisse mortis pœna è vestigio subsequente. Non minus seuerũ per Carthaginẽsium castra edictũ cũ hac ratione, ne militum animi insolescerẽt, quos Martius furor

furor satis accenderet, pronunciabatur. Quis Aegyptiorum & Athenienſium legem non demiretur, quâ teſte Laërtio in Solone, Regi ſuo temulentiam vnicam in nefario crimine, & fraude capitali reponebãt. Verũ quidẽ eſt Pſammitichij Aegyptij tẽpeſtate legis acerbitatem nonnihil fuiſſe mitigatam: attamen qui concedebatur vini vſus erat ſanè permodicus. Neſcio quid nefarij à vitibus metueretur, vt apud priſcam illam gentem earum partus Dijs libare nefas eſſet: quin etiam mirũm eſt eam tantopere à delicijs & ſuperfluo vitę cultu abhorruiſſe, vt Plutarchi æuo Thebis in æde ſacra columna quadrata viſeretur, in qua plurima væ, diræq; execrationes inſculptæ erant in Minoa Regem, qui primus à frugali & paruo victu indigenas auocârat.

Quò remotiores Indorum oras adit Strabo miratur pene in media barbarie ſanctiſsimas viguiſſe leges, quibus ſeueriſsimè cauebatur, ne præterquam ad ſacrificia peragenda bacchicus vllus liquor promeretur: cumq; ijſdẽ Regia maieſtas coërceretur, poterat Regina in peccantem maritum animaduertere, & quaſi in generoſi facinoris remunerationem adſecundas legitimi ſucceſſoris nuptias tranſuolare. Quid ſanctius, quàm Romanos Aeliani & Athenæi teſtimonio ad trigeſimum annum abſtemios fuiſſe, mancipia verò ad vſque vitæ metas? tanto quippe ſobrietatis amore

amore ducebantur, vt ipso die Veneri sacro, dum veneralia obirentur, magnam vini vim ante eius templi fores effunderent causati, vt author est Plutarchus, etiam diebus festis temperantiam esse colendam, & Deos hoc iucundo spectaculo recreatos malle sua munera in terram effundi ac disperdi, quàm in hominis stomachum absq; modo & ratione ingurgitari. Inter Lacedæmonas qui à frugali Carthaginẽsium regula ne latum quidem vnguem discesserunt, abstinentiæ laude Archidamus Xeuxidami filius in primis claruit, & præclarè quendam, merum meracissimum clãculũ propinãtẽ & multo verborũ artificio animum sollicitantem suum huiusmodi responso eluserit: ad quid carbone paras litim meam extinguere? quid propinas, quod plurimum mihi de homine detrahet. *q. 45 de quæst. rei. Rom.*

Et quod Septentrioni nostro forsan stupori erit, Moscouitę ebrios morte plectunt: dũ interea popinones nostri cespitant in plateis, dum crapulam suam pudendè eijciunt, dum noctu insanis clamoribus implent compita, neminimam quidem se contrahere infamiæ labeculam arbitrantur: gestiunt, cantitant, plaudunt sibi, quod impunè ferantur: & imprudens Respublica non sentit se paulatim depauperari, sibi strui insidias, ab hostibus fines suos deuastari, vbi eos abstemiæ illę nationes longè lateq; propagarunt, imperij sui dignitatem sartam tectam seruarunt, ingentes

gentes opum cumulos aggesserunt.

Quid ergo causę est cur Poëtæ nostri ita
L.1.Ode.28. mendacibus verborum Phaleris vinum exornent, & plus æquo depręcantes quasi diuiniore suspensâ hederâ ad eius cupedias mortales inuitent vniuersos. Sat est vendibile, sat potulētū, sat apperituū procax est illecebra.

PRINCEPS. Aequus est tuus dolor: & ego ipse frequenter indolui à ludimagistris huiusmodi libellos prælegi, & in tenellas mētes instillari: quid aliud id est, quàm veluti faculas pruriētis naturę igniculis adderē? attamen quia solers, nec ineruditum quidpiam sonant, tutò versus aliquot virorum grauium auribus committas.

HISTORICVS. Id vnum elaboro, Prīceps optime, vt tibi & nobilissimo huic cętui omnia mea studia, omnes meæ vigiliæ delectamento esse possint. Quod mihi feritur, metitur vobis. Ceteros inter illum Horatij selectissimum duco, quo sic vinum compellat:

Tu spem reducis mentibus anxijs,
Viresq́, & addis cornua pauperi
Ode. 21. *Post te neq́, iratos trementi*
Regum apices, neq́, militum arma.

Et ode 2. l. 2 *Dissipat Euius curas edaces.*
Et in epistolis.

——Generosum & lene requiro
Quod curas abigat.

Et alibi.

Sollicitis animis onus eximit, & docet artes
Facundi

Fœcundi calices quem non fecêre disertum?
Contracta quem non in paupertate solutum?

Ecce vti pro more suo licẽtia poëtica diuagatur. Sed videte quibus rationib⁹ Variũ adducat vt agrũ suũ solariũ vitiũ reddat feracem:

Siccis omnia dura Deus proposuit, neq;
Mordaces aliter diffugiunt sollicitudines
Quis post vina grauẽ militiæ aut pauperiẽ crepat?
Quis non te potius, Bacche pater &c.

Videte etiam quàm molliter, quàm graphicè vina Ouidianas elegias ingrediantur:

Vina parant animos, faciuntq; coloribus aptos,
Cura fugit multo diluiturq; mero:
Tunc veniunt risus, tunc pauper cornua sumit,
Tunc dolor & curæ rugaq; frontis abit.

Debuisset dicere.

Vina parant asinos, faciuntq; coloribus aptos,
Stultitia in multo contrahiturq; mero

Quantò sapientius Lectoris bono consuluisset, si eius mentem carmine non incompto ad capitale meri odiũ stimulasset, quod præstare hoc inuectiuo poëmatio quidam adlaborat.

O vini lasciua simul furiosa libido:
Si sociata Venus quis tibi, Bacche, furor?
Potat Alexander, potu furor arma ministrat,
Et potis pellex pectora mollit amor.
O monstrũ ebrietas, scelerum cui semina crescunt,
Et quod musca fuit, dein elephantus abit.
Fit tepor impietas, furor, iracundia, mordax
Rixa legi, visus mollis adulterium.

Vino

Vino cuncta ruunt, temerantur sacra profanis :
Fit sine mente, oculis, fronte: quid ergo fera es.

O monita Pario digna marmore, digna quę in prapatulo omnium excipiantur oculis, & altius animo imbibantur! Cæterum date hoc poëtis, suas ebrietati esse voluptates: attamen dent nobis hoc vicissim, istis voluptatibus mille damna, mille dolores, mille aspersos cruciatus. In ijs innatet corpus, dum ægritudinum spinis vndequaque sepitur, dum nodosissima sæuit podagra, dum febrili horrore membra quatiuntur. Quantum pretium pro vmbratilis voluptatis fœnore, Vinolēte, pendis! quàm germano ære adulterinas delitias persoluis! ab experientia edisce verum illius adagij sensum, *Deum & naturam mille tristitiæ clauis vnicum hominis gaudium confixisse.*

Huic operi, Princeps optime, me colophona imposuisse autumo omnesque propositi argumenti partes expleuisse : potuissem ilias multis parergis tum è sacra, tum è profana historia petitis illustrare, sed compendio studui ratus alioquin me hosce nobilissimos hospites sat de hesterno itinere lassos longiori oratione fatigaturum magis: quibus longa quies quàm longa verborum series esset opportunior.

CAPVT

CAPVT V.

1 *Bibendi & comedendi modus*
2 *Eum ex vitæ, atq; operationum necessitate metiendum.*
3 *Voluptas miro artificio vltra necessitatis fines nos propellit.*
4 *Variæ rationes modum illum dignoscendi ex Theologorum sensu.*
5 *Error aliquorum qui debile corpus multo pastu instaurari autumant.*
6 *Quem medici edendi, bibendiq; modum præscribant.*

AB animi ad corporis refectionem discessum est, cui oris compositio in illis hospitibus serenior, & colloquia in laudabilē Historici operā excurrētia initiū dedere. Princeps verò superiorum congressuum non minùs artificiosa, quā compēdiariā recitatione in eorum gratiam institutā, adiecit hac in materia necdum decursum fuisse callē, eumq; præcipuum, ac forsan omnium difficillimum, quis in potu scilicet ciboq; modus statuatur eum non possit idem omnibus quadrare vti non cuiuis pedi calceus, nec cuius

CAPVT IV.

1 *Reges, regna & vrbes ebrietas absumpsit.*

2 *Christianis crapulam edormientibus Religionis nostræ hostes vrbes intercipiunt.*

3 *Nationes vino deditæ tandem sub hostium imperium cecidêre.*

4 *Contra temperantes & sobriæ orbem domuerunt.*

5 *Poetæ plus æquo vinum laudantes damnati.*

ALTERVM à nobis propositum caput, quo Resp. fortunarum suarum orbitatem, vastatio item; à temulentia procreatam sordidata lugeat, aggredi iuuabit. Non priuatorum domicilia adire mihi fixum est, vbi familiarissimum est hoc malum, vbi maritorum comessationes quotidianis vxorum lacrymis satis deplorãtur. Vrbes volo primarias, regna æraria, & innumeras facultates per immoderationem omnino exhaustas. Quanta lugendi occasio toti patriæ obtigit quandiu Demetrio infami domino & crudeli dominata est? quandiu ducenta talenta, seu centum viginti aureorum millia, quæ in gulæ delicias profusissimè insumebat, annuatim pendere coacta est? Quanta Massagetas seu Tartaros, quorum exercitus munitissimos mollis

& in-

& inusitata vini illecebra perdidit, calamitas oppressit. Cum Cyrus illas partes iam spe deuorasset, stratagemate egregio se conuasasse, aut potius castra deseruisse simulauit, inibi solum loculento meri & ciborum commeatu relicto. Massagetæ tam suaui prædæ dudum inhiantes accessere, ratique procul omne abesse periculum, se totos mero perfudere: nec opus fuit alio cubili: ibi enim cum bibace illa Plauti fœmina se sepultos peruolebant, & reuera sepulti fuerunt, somno scilicet qui Cyro in sopita corpora facilè sæuiente factus est æternus.

Quid in causa fuit, cur Hannibal ex Italia sæuissimis bellis afflictata summo cum dedecore sese receperit, imperijque quod hactenus aduersus Romanos inuictum steterat, iacturam fecerit? ille, inquam, Hannibal, qui toties Ausonios, & non semel octoginta millia deleuerat, qui delissimas acies illeso corpore penetrârat, qui suorũ quinquaginta millibus nationes prope omnes debellârat, qui deniq; ingenti robore, scientiâ militari, astu bellico quodcunque susciperet felicissimè conficiebat? quid in causa fuit, cur nocte vnâ tam insignes thesauros, tot parta de Romanis trophea, tot ciuitates expugnatas, eò vndo venerât refũdere cogeretur? an nõ Cãpania vnica cupediarũ acvini feracissima, quę Herculeanos eius militũ animos adeo effœminarũ, vt è robustis lasciui, ex intrepidis meticulosi,

ex

ex industrijs & promptis molles ac testudinei euaserint. Voluptas & cupediæ, scribit Plutarchus, sensim hominem inescantes robur eneruant, bonam virtutis indolem deprauãt, cõsilia pereruertũt, mẽtẽ emolĩt, quę homini sũt damnosissima: Et sanè Campana mollities Chartaginensibus & Hannibali maiori fuit detrimento, quàm arduæ Alpes & immanes Romanorum conatus: illic enim semel hybernasse ita nocuit, vt redeunte vere nec solis, nec ciborum, nec famis, nec sitis difficultatibus amplius obdurarent, virtutemque militarem prorsus ex animo amandasse viderentur. Censuit Seneca non sibi vtendum validiore machinâ ad deijciendum è sui familiaris animo temulentiæ propugnaculum, quàm hac damnorum eius communium enarratione. *Cogita*, inquit, *quas clades ediderit publicas ebrietas. Hac acerrimas gẽtes, bellicosasq́, hostibus tradidit, hac multorum annorum pertinacia bello defensa mœnia patefecit, hac contumacissimos & iugum recusantes in alienum redegit arbitrium, hac inuictas acies mero domuit.*

Meminerimus, quæso, aut potius cum Cedreno quam labem Catholicorum intemperantia nomini Christiano attulerit defleamus Michael Cæsar cognomento Balbus exercitum naualem delecta superbissimo coactum Duce Cratero in Sarracenos miserat. Felicem cursum nauigatio est consecuta, pugnatum

ad

ad Cretam vtrimque viriliter, & inter vtrũque diei crepuſculum ſemper ancipiti marte. Tandem fuſis fugatiſq; Sarracenis, Cretaque intercepta ſtetit à parte Chriſtianorum victoria perilluſtris, ſed etiam per victorum inſolentiam perbreuis: namq; in tuto res ſuas collocatas rati comeſſationibus ſuauem dederũt operam, potuq, in altam noctem extento ſõnum ſibi conciliarunt. Sed aſtant vigiles Sarraceni, tamq; opportunæ occaſioni imminẽtes in dormientium caſtra facilè irrumpunt, omneſq; ad internecionem trucidant. O cataſtophen deplorandam, ô dedecus vix ſanguineis lacrymis expiandum! nobis Barbaros virtutis bellicæ ac ſcientiæ militaris palmam cedere: nos contra Chriſtianos ab ijſdẽ ſobrietatis ac temperantiæ laude ſuperari! adeone prefricta perſtamus fronte? eam ſaltem Cadan Rex Tartarus rubore ſuffundat. Hic teſte Bonfinio ad regni ſui fines propagandos cum ingẽti exercitu Allemanos verſus mouerat, qui ſubodorati hanc in ſe cudi fabam quãtocyus eius conatibus obſtiterunt: Cadan quaſi ſe viribus imparem profiteretur, tantiſper terga vertit, dum noſtri omni poſito metu rem in vado eſſe clamantes, & gratulabundi ſeſe mutuis menſis excipiunt, & martium furorem in bacchicos luſus vertunt. Verùm, ô ludum inſolentem! quaſi viribus redintegratis Cadan regreditur & omnibus quas animo præceperat, vrbibus, *L. 8. dec 2.*

oppidis, arcibus, ac locis potitur.

Si antiqua retro secula reuoluere mihi fas esset, luce meridiana clariùs pateret eas omnes nationes, quæ ab Athenæo dictæ sunt φίλοινοι καὶ πολυπότωι, quæq; spontaneum ebrietatis iugum subierunt, à suis hostibus fuisse miserrimè subiugatos. Quàm acerbam seruitutem olim sensêre Tapiriani: illi extus & in cute se vino imbuêtes omne aliud vnguêtum etiam pretiosissimum prę illo respuebant. Quid vilius Philagensibus? & illi nullum aliud domicilium, quàm popinarum nacti sunt, vbi absque vlla honesta exercitatione in otio consenescebant. Quàm infelices Byzantini de die victum manibus quæritantes, in potando pernoctes? Quid Tyrinthij & Argiui, nisi inter cyathos pugnaces, in bello fugaciſsimi? Milesij apud Athenæum ebrioſi simul & ὕβρισαι id est iniurioſi nuncupantur. Parthæ sat suo adagio innotescunt, quo *mage bibunt, mage sitiunt*: nec minus celebres Scythæ & Thraces, de quibus Plato, Anacreon, Horatius: celebriores apud Tacitũ Germani, quibus solidas dies noctesq; conuiuari ne minima quidem parenthesi interposita non probro, sed laudi vertebatur. Sed videbitur ebrietas, nullibi sic vti in Græcia stabilem sedem fixisse: vnde porro vulgatissima illa verba *Græcari & pergræcari* omnium pene Latinorum libros aspergẽtia, Horatij l. 2. Satyr. 2.

vel

——vel si Romana fatigat
Militia assuetum Graecari.

Et Romani Oratoris in 2. Verrina *fit sermo inter eos, & inuitatio, vt Graecorũ more biberetur.* & Plauti in Mosell. *Dies noctesq́, bibite pergraca-mini.* Item in Bacchi *Atq́, pollicetur se daturũ aurum mihi quod dein scortis, quodq́, in lustris comedam & pergracem Pater.*

Ecquis tandem tot gentium multitudine innumerabilium fuit exitus? certe vnus idemq́; superbissimo Tyrannorum dominatui subiacuêre: & quidem pro re nata: quandoquidem priùs manus dederant, imò corpus & animum vino & delicijs nuncupârant. Id hodierna die indolent potissimum Thraces ac Byzantini intolerabile Turcicæ Tyrannidis jugum, sub quo multis iam sæculis gemuerunt, neutiquam excutere valentes.

Quantò se consultius illæ prouinciæ ac gentes habuêre, quæ regnorum ac ditionum suarum firmitati studentes fluxam meri voluptatem à suis finibus prudentissimè arcuerunt. Locrios olim huiusmodi sors beauit, qui Seleuci legislatoris nutibus obsequentissimi ipsismet ægris illud interdicebant, nec potuit nisi semel quis bibisse mortis pœna è vestigio subsequente. Non minus seuerũ per Carthaginẽsium castra edictũ cũ hac ratione, ne militum animi insolescerẽt, quos Martius furor

furor satis accenderet, pronunciabatur. Quis Aegyptiorum & Athenienſium legem non demiretur, quâ teſte Laërtio in Solone, Regi ſuo temulentiam vnicam in nefario crimine, & fraude capitali reponebãt. Verũ quidẽ eſt Pſamminitichij Aegyptij tẽpeſtate legis acerbitatem nonnihil fuiſſe mitigatam: attamen qui concedebatur vini vſus erat ſanè permodicus. Neſcio quid nefarij à vitibus metueretur, vt apud priſcam illam gentem earum partus Dijs libare nefas eſſet: quin etiam mirũm eſt eam tantopere à delicijs & ſuperfluo vitæ cultu abhorruiſſe, vt Plutarchi æuo Thebis in æde ſacra columna quadrata viſeretur, in qua plurima væ, diræq; execrationes inſculptæ erant in Minoa Regem, qui primus à frugali & paruo victu indigenas auocârat.

Quò remotiores Indorum oras adit Strabo miratur pene in media barbarie ſanctiſsimas viguiſſe leges, quibus ſeueriſsimè cauebatur, ne præterquam ad ſacrificia peragenda bacchicus vllus liquor promeretur: cumq; ijſdẽ Regia maieſtas coërceretur, poterat Regina in peccantem maritum animaduertere, & quaſi in generoſi facinoris remunerationem adſecundas legitimi ſucceſſoris nuptias tranſuolare. Quid ſanctius, quàm Romanos Aeliani & Athenæi teſtimonio ad trigeſimum annum abſtemios fuiſſe, mancipia verò ad vſque vitæ metas? tanto quippe ſobrietatis amore

amore ducebantur, vt ipso die Veneri sacro, dum veneralia obirentur, magnam vini vim ante eius templi fores effunderent causati, vt author est Plutarchus, etiam diebus festis temperantiam esse colendam, & Deos hoc iucundo spectaculo recreatos malle sua munera in terram effundi ac disperdi, quàm in hominis stomachum absq; modo & ratione ingurgitari. Inter Lacedæmonas qui à frugali Carthaginésium regula ne latum quidem vnguem discesserunt, abstinentiæ laude Archidamus Xeuxidami filius in primis claruit, & præclarè quendam, merum meracissimum clãculũ propinãté & multo verborũ artificio animum sollicitantem suum huiusmodi responso elusit: ad quid carbone paras litim meam extinguere? quid propinas, quod plurimum mihi de homine detrahet. *q. 45. de quæst. rei. Rom.*

Et quod Septentrioni nostro forsan stuporierit, Moscouitę ebrios morte plectunt: dũ interea popinones nostri cespitant in plateis, dum crapulam suam pudendè eijciunt, dum noctu insanis clamoribus implent compita, neminimam quidem se contrahere infamiæ labeculam arbitrantur: gestiunt, cantitant, plaudunt sibi, quod impunè ferantur: & imprudens Respublica non sentit se paulatim depauperari, sibi strui insidias, ab hostibus fines suos deuastari, vbi eos abstemiæ illę nationes longè lateq; propagarunt, imperij sui dignitatem sartam tectam seruarunt, ingentes

gentes opum cumulos aggesserunt.

Quid ergo causę est cur Poëtæ nostri ita
L.1.Ode.28. mendacibus verborum Phaleris vinum exornent, & plus æquo depredicantes quasi diuiniore suspensâ hederâ ad eius cupedias mortales inuitent vniuersos. Sat est vendibile, sat potulētū, sat appetituū procax est illecebra.

PRINCEPS. Aequus est tuus dolor: & ego ipse frequenter indolui à ludimagistris huiusmodi libellos prelegi, & in tenellas mētes instillari: quid aliud id est, quàm veluti faculas pruriētis naturę igniculis addere? attamen quia solers, nec ineruditum quidpiam sonant, tutò versus aliquot virorum grauium auribus committas.

HISTORICVS. Id vnum elaboro, Prīceps optime, vt tibi & nobilissimo huic cętui omnia mea studia, omnes meæ vigiliæ delectamento esse possint. Quod mihi feritur, metitur vobis. Ceteros inter illum Horatij selectissimum duco, quo sic vinum compellat:

Tu spem reducis mentibus anxijs,
Viresq́, & addis cornua pauperi
Ode. 21. *Post te neq, iratos trementi*
Regum apices, neq, militum arma.

Et ode 2. l. 2 *Dissipat Euius curas edaces.*
Et in epistolis.

——Generosum & lene requiro
Quod curas abigat.

Et alibi.

Sollicitis animis onus eximit, & docet artes
Facundi

Fœcundi calices quem non fecêre disertum?
Contracta quem non in paupertate solutum?

Ecce vti pro more suo licẽtia poëtica diuagatur. Sed videte quibus rationib⁹ Varĩ adducat vt agrũ suũ solariũ vitiũ reddat feracem:

Siccis omnia dura Deus proposuit, neq;
Mordaces aliter diffugiunt sollicitudines
Quis post vina grauẽ militiæ aut pauperiẽ crepat?
Quis non te potius, Bacche pater &c.

Videte etiam quàm molliter, quàm graphicè vina Ouidianas elegias ingrediantur:

Vina parant animos, faciuntq; coloribus aptos,
Cura fugit multo diluiturq; mero:
Tunc veniunt risus, tunc pauper cornua sumit,
Tunc dolor & curæ rugaq; frontis abit.

Debuisset dicere.

Vina parant asinos, faciuntq; coloribus aptos,
Stultitia in multo contrahiturq; mero

Quantò sapientius Lectoris bono consuluisset, si eius mentem carmine non incompto ad capitale meri odiũ stimulasset, quod præstare hoc inuectiuo poëmatio quidam adlaborat.

O vini lasciua simul furiosa libido:
Si sociata Venus quis tibi, Bacche, furor?
Potat Alexander, pota furor arma ministrat,
Et potæ pellex pectora mollit amor.
O monstrũ ebrietas, scelerum cui semina crescunt,
Et quod musca fuit, dein elephantus abit.
Fit tepor impietas furor, iracundia, mordax
Rixa legi, visus mollis adulterium.

Vino

CAPVT V.

1 *Bibendi & comedendi modus*
2 *Eum ex vitæ, atq; operationum necessitate metiendum.*
3 *Voluptas miro artificio vltra necessitatis fines nos propellit.*
4 *Variæ rationes modum illum dignoscendi ex Theologorum sensu.*
5 *Error aliquorum qui debile corpus multo pastu instaurari autumant.*
6 *Quem medici edendi, bibendiq; modum præscribant.*

AB animi ad corporis refectionem discessum est, cui oris compositio in illis hospitibus serenior, & colloquia in laudabilē Historici operā excurrētia initiū dedere. Princeps verò superiorum congressuum non minùs artificiosa, quā compēdiariā recitatione in eorum gratiam institutā, adiecit hac in materia necdum decursum fuisse callē, eumq; præcipuum, ac forsan omnium difficillimum, quis in potu scilicet ciboq; modus statuatur eum non possit idem omnibus quadrare vti non cuiuis pedi calceus, nec cuius

tergo lorica. Hîc tua res agitur Theologe.

THEOLOGVS. Non tantopere in illa quæstione soluenda nobis desudandum erit, si quando nimia accessio decessioque in victu fiat cõmonstrauerimus. At prius, quàm huic palæstræ insistamus, præstruere iuuabit insigne B. Augustini documentum: *Habet vir temperans*, ait *l. 1. de morib. Eccl. c. 21. in huiusmodi rebus naturalibus & fluentibus vitæ regulam vtroq; testamento firmatam, vt eorum nihil deligat, nihil per se appetendum putet, sed ad vitæ huius atq; officiorum necessitatem quantum satis est vsurpet, vtentis modestia non amantis affectu.* Huic congruit illa Ecclesiastici sẽtentia: *Initium vitæ hominis aquâ & pane, & vestimentum, & domus protegentis turpitudinem:* C.29. v. 25. apud Græcos est ἀρχὴ seu principatus quasi dicat principalis necessitas, aut sũma rerũ necessariarũ: ita vt cętera superflua cẽsẽãtur secũdũ Apostolũ 1. ad Timot. c. 6. *Habentes alimenta & quibus tegamur, his cõtenti simus.* Primũ igitur ex Augustino bibendi edendiq́ue habe modum: *ad vitæ & officiorum necessitatem*: hi sunt duo scopi, in quos te vescentem collineare oporteat, nisi pecudum more ac instinctu finibus,

Quos vltra citraq; nequit consistere rectum,

velis prorumpere. Quid ignoramus, quod ab Ethnicis Philosophis fuit clarissimè explanatum? Agnouit Plutarchus cibum esse fami

fami curandæ quoddam medicamentum, & ex alimento non delectamentum, sed necessitati remedium conquiri. Agnouit Aristoteles *finem propter seipsum diligi*, ideoque non sanitatis vnam aut alteram vnciam optari, sed totam nullisque circumscriptam limitibus: *media verò propter finem expeti, & solùm quatenus ad eum consequendum conducunt:* & illud est, quod benignis adeo verbis innuit Augustinus, *vtentis modestia, non amantis affectu.* Agnouit idem Socrates laconicè, sed perquam appositè mediocritatis rationē in vescendo habendam ex ipso fine sic edocens: *Nō vt edam viuo, sed vt viuam edo:* non enim solùm vitale illud corporis & animæ consortium, sed etiam actiones, & functiones, quæ ab vtroque conspirante eduntur vitę nomen promerentur.

PRINCEPS. Videre hisce præludijs insistendo tergiuersari, & quasi palæstram subterfugere.

THEOLOGVS. Quid mirum me subterfugere quod negotium B. Augustino faceſsiuit. Censet ipse vix posse technas, & artificium, quo voluptas nos ad necessitatis fines transgrediendos instigat, præuideri: ita eius modum terminūq; occulit, oculisq; nostris subducit, ita suauiter ingeniosa persuasione potens appetitus ad excedendū proritat, *ita nescit cupiditas, vbi finiatur necessitas.* Attamē vt

L. 4. aduers. Iuli. c. 14.

iciatis me nodū hūc nolle declinare, at solū Gordio similem indicare velle: statuam regulas aliquot, quibus suam quisque capacitatem possit admetiri.

Prima esto: si quis pro more ita luculento pastu potuq; sese expleat, vt postmodum ad consultationes, ad sententiam, vbi magna attentione opus est, dicendam, ad studia, ad sacra chori officia, & huiusmodi se parum habilem sentiat, talis se modum excessisse existimet: volunt enim natura & ratio facultatem illam animæ, quam vegetatiuam nominamus, ita duci ac foueri, vt functiones mētis, ad quam omnia alia referas, neutiquam detrimentum patiantur, cum naturam huic deseruire oportet, non impedire. Deinde si quis ab eo epulo discedat grauis, onustus, somnolentus, veternosus, è quo aliàs alacer, leuis, agilis, ac bene constitutus surrexerat, necessitatis terminos se transilijsse arbitretur: cum è poculentis, esculentisue promptitudo non grauitas sit quærenda: solet enim hæc in ægris & conualescentibus malè adhuc affecti corporis non leue esse argumentum. Quapropter qui à mensa onusti, hebetesq; recedunt, nôrint ligna foco in posterum subtrahenda, & sensim edendi bibendiq; rationem eatenus minuendam, quatenus non recurrentibus amplius post esum incommodis se mediocritatis punctum perceperint attigisse.

PRIN-

PRINCEPS. Si ad amusim hæ binæ regulæ seruentur, multis non dubito corpus exsuccum & ineptam mentem reddent.

THEOLOGVS. Neutiquam, Princeps optime, inde periculum accersetur: potiùs culpandus multorum error non minus vulgaris, quã stupidus, qui etsi succulentioribus cibis frequenter & largiter vtantur, nihilominus nescio quam debilitatem semper blaterant, causanteſque minutius alimentum officere portiones suas ingeminant, à crepusculo ientaculum adoriuntur, & ne forsan eos deficiat natura, prius illam escarum amplitudine obruunt. Apud te, Medice, quod pondus habet hæc sententia?

MEDICVS. Eam inanem prorsus, leuemq; duco. Discant illi huiusmodi debilitatem aliunde fluere, aliundeq; remedia comparãda esse. Nonne iam satis liquet ex ijs, quę diximus, è cute obesa & protenso aqualiculo redundare humores nimiumq; ijs musculos ac neruos conspergi? cumque per eos animales spiritus, qui animę tanquam instrumenta primaria ad sẽsus & motus per vniuersũ corpus distribuẽdos deseruiũt, prę terlabãtur, nonne poterunt si non intercludi, saltem plurimum retardari, quo fiet, vt hinc inde membra torpescant, & inutili pinguedine farciãtur. Stolidè profectò malo nostro indulgemus, & appetentiæ ducti illecebris imponimus nobismet-

bismetipsis alimento onus esse tum, cum potiùs ad austeram abstinentiam est confugiendum. Quis porrò dubitet grauitatem ac stuporem sensuum ex eo originem ducere, quod paulò ante dictũ est, id enim vsu quotidiano in ijs eluceſsit, qui corpus cacochymum seu praui succi plenissimum trahentes, mane primo se grauedine, & languore permolesto flaccessere mirantur, & merito siquidem saperent crapulam hesternam, longiorèmq; somnum incusarent: dein sole efferuescente, & humoribus partĩ sputo, partim inedia attenuatis, sentiunt leuari grauitatem, & paratiores ad solita exercitia ferunt animos: si contra fallaci suæ sententiæ mordicus adhæreſcentes ad esculenta ordinaria eaq; humida reuertuntur, malum inualescit, neq; sic vnquam è salebris emergent.

PRINCEPS. Ecce appositũ errori meo cataplasma, nec meo solùm, at multorum, qui debile corpus refocillandum, & quidem cibo ampliore autumant: nunc verò palinodiam recantare cogimur, sed ô Medice ne, teè retibus nostris elapsurum credito, nisi nos prius per rectissimam temperantiæ lineam duxeris. Extimam faciem denudasti, altius fodiendum.

MEDICVS. Vti video, ni soluerim naulum, haud transfretabo. Quamuis omnibus & singulis eadem aut certa mensura præscribi nequeat ob ætatis, virium, ciborum, exercitio-

citiorum dissimilitudinem: si tamen de imbecillo homine, meiq; non absimili (qui nó feruidius exercitium quàm in obequitando plateas & ægrorum domicilia obeo) agatur, longo iam vsu didici in diurnam refectionem escarum sesquipondo, tantundemque potus etiam ad longæua spatia incolumiter decurrenda sufficere. Maius quidpiam à Veneto nobili didici, qui sibi pondo vnum in esculentis, alterum in poculentis in singulos dies præfinierat, etsi homo negotiosus publicis occupationibus ijsque grauissimis distineretur, etsi frequentissimè iter ageret, tempore pluuio, æstiuo, frigido, etsi lites & cótrouersias maximè sinnosas intenderet: atq; eam victitandi normam se ab anno 36. inijsse scribit. Fatebatur quidem se à diutina ingluuie, quæ morbo pene insanabili ansam dederat ad similem vitæ rationem suscipiendam adductum fuisse: tamen ad continuandam felicissimus sanitatis fructus instigauit: & reipsa annum 96. ratè semper saluâ & incolumi, prèteruectus, vti scribit ad virum Religiosũ, equum sine vllo adminiculo poterat insidere, multas leucas pedes etiam per prærupta & auia conficere; imò nisi casu aliquo aut ferro vita præriperetur, huius inediæ beneficio sperabat fore, vt in tam puro & nitido vasculo nullum morbi impuritas sibi locum inueniret, sed natura communi necessitati

manus sponte cederet. Multa alia stupenda, at vera narrat, sed à prolixiori narratione profugus malo ad priscorum religiosorũ abstinentiam transuolare. Vultis ex Cassiano quotidianam eorum portionem? ex parabili admodum mensa naturæ fiebat satis, quam 12. panis vnciæ, & aqua modica abunde explebant: quanto ergo magis dimidia eiusdem panis libra, carnibus, ouis, similique cibo insigniter alibili addita famem explere valeat? Non equidem ad exiguum illum tenuemque victum adegerim eos, qui toti sunt in motu, multisque insudant laboribus: ijs pabulum duplo maius, quàm cellæ monachitæ, ac mentis functionibus deditis, etsi ætatis ac virium absit disparitas, non denegarim: scio etenim ingenij labores ac munia; tum quod ad se spiritus vitales, quibus egent, pelliciant; tum quod omnem vim animæ sursum attollendo interiorum facultatum operationem plurimum interpellent, non mediocriter cõcoctionem retardare: hinc sestudijs immergentium oculos prætereuntium conspectus, & aures, magnus strepitus fugit frequentissimè.

Collat. 2. c. 19.

PRINCEPS. Appositè sanè tuæ sententiæ rigorem temperasti: quo enim animo tulissent venatores nostri, ludiones, palęstritæ, saltatores, bustuarij, si tam exiguo obsonio à palæstra sudabundos excepisses.

MEDI-

MEDICVS. Ita est, magne Princeps, ratio habenda exercitiorum, habitudinis corporis, virium, ætatis: aliter tractandus æger, aliter sanus: magnum iuuenem inter & senem est discrimen, inter choleræ & phlegmatis indolem: Cæterùm quamuis exercitium liberaliorem vitæ cultum expoſcat: non tamen ſtomachus maiori onerandus ſarcinâ, quàm gerere, & digerere ſuſtineat.

CAPVT VI.

1 *Quid circa corporis exercitationem obſeruandum.*

2 *Ea ſi eſt vehementior ſtatim ſumpto cibo morbos procreat.*

3 *Fusè explicatur illud: Qui medicè viuit, miſerè viuit.*

4 *Miſeri illi qui extremo digito malè affecto illico medicos accerſunt.*

5 *Improbat medicus pravam eorum conſuetudinem, qui alioquin ſani certis temporibus ſumunt medicamenta.*

MEDICVS. Quãdo tã opportuna mihi ianua pateat, non poſſum quin obiter venatorum, aliorumque in vehementioribus exercitationibus obeundis errorem retegẽdo ſalubre monitũ inſtillẽ. Perſuasũ ha-

bent ipsi ex lauto epulo bene fartum ventrē ad concitatas cursus, tripudij, saltationis, venationis oblectationes, vt mollius coquantur cibi, nouaque orexis excitetur, esse transferēdum. Verum si medicis nostris Attica fides est, longē absunt à scopo: matutinum enim ipsi tempus exercitando corpori tanquam amicissimum scilicet dum stomachus consueta occupatione vacat, destinârunt. Ea mens est Hippocratis 6. Epidimiorū sect. 4. Aphoris. vlt. *Labores cibos præcedant*: & in eodem tractatu sect. 6. Aphoris. 5. inter ea quæ sanitati conducunt primas tenet *labor, dein cibus, potio, somnus, quæ omnia mediocria.* Nihil porro ita valetudini officit quàm acer ingluuiei succedens labor, qui cibos imparatos in imas partes transadigit, in venis & finibus cruditates suscitat, interiora discutit, & venulas quandoque diffringens vrinam & sputa sanguinolenta, nec non pleuretides accersit: sanguinem ipsum extimulat & accendit, vt receptaculi sui angustias non ferens ebulliat, & indiuersas corporis partes irrumpens tubera cieat, acutissimasque phlegmonas: & quamuis è septis suis non egrediatur, nō ideo à capitis doloribus, à febrib' periculosissimis immunis ille abibit palęstrita. Adde etiā vehemens opus statim sumpto cibo arreptū noxios humores, qui hactenus in quibusdā corporis recessibus latitātes quodāmodo indormiscebāt, irritare, & cum magno vitæ dispendio pro-

prodere, quos alioqui naturę vis ſenſim decoxiſſet, aut prouidè expuliſſet: ſicq; experrecti, & furore quodam extimulati omnia in homine ſus deque commouent: non ſic fimetum aut cõcita cloaca peſtiferos odores, putidamque mephitim exhalat, vti quę ex his humoribus depranatis ſolent vaporare: nã purulẽta per omnes artus diuagatur ſcabies, putridæ febres oriũtur, alui profluuiũ, vomitus, *& omnis generis abſceſſus*, ait Hippocrates, *atq; ſi is, cui corpus eſt cacochymum, impurgatus laborauerit, vlcera erumpent.* Enimuero ab exercitatione aliquem bonæ valetudinis fructum emendicantibus tam multæ iuxta Galenum rationes ſunt expendendæ, *ſiue quoad tempus, ſiue quoad quantitatem, ſiue quoad durationem*, vt vt ſatius foret ad ſacram ſobrietatis anchoram confugere, quã immoderatè pedes vrgẽdo & lacertos agitãdonõ raro moleſtiſsimam ægritudinem ſibi cõſciſcere. Quos huc vſque fixos in Medicum & irretortos oculos conuiuæ detinuerant, in ſe inuicem conuertere, humerum contrahentes, innuenteſque ſe hactenus miſerè hallucinatos fuiſſe, puluerem in ventos ſparſiſſe, ex venationibus & vinolõtis curſibus nõ remediũ ſanitati, ſed diſpendium quæſijſſe: hic ſe pleuretide correptum, ille cephalalgia; alter febri, alter fluxionibus viam aperuiſſe aſſerebant.

6. Epidim. ſ. b. Aphor. 33

1. de tuend. valet.

Hîc aures Mathurinus arrigens prægnantem riſum tenere non potuit, non potuit, quin

quin preſſos dudum cachinnos plenis buccis liberaliſsimè effunderet, diceretque, valeat, Domine Vice-comes, hic erat principis filius natu minimus, valeat venatio, valeãt venatici canes tui, tui moloſsi, tui Gallici, tui Hubertini valeant. Eheu in poſterum nobis dentes àferina, canibus, à viſceratione feriabuntur. Sed quid indoleo? ſolum menſarum analecta, ſolũ ſemiroſa oſsicula me manebãt. Imo iam ſors mea facta melior, factaque fortunatior quippe non amplius feras, & ſæpius aërẽ inſectando hos ſpiritus exhauriam, non amplius niuibus immoriar, nec in mordaces rictus & cornua erit arietãdũ, ergone colum tractabimus mucido otio marceſcẽtes? O vos felices cerui, iam Mathuſalemica ſæcula durabitis; vult à veſtris coxendicibus tanquam à ſacris abſtineri, quæſo iam vobis mutuo eſtote lupi. Medicus momi nugas abrumpens, abſit, inquit, me venationem damnaſſe: non etenim frugiferam adeo & honeſtã nobilibus viris exercitationem inuideo, ſed ne forſan ſui finis emolumento fruſtretur, ſolùm tempus præfixi ſanitati conſequendæ opportunum. At at, ſubiecit alius, cedo tuas rationes, ac præſcripta ſalutaria eſſe, ſed etiam nonnihil mordicare, & in opus difficillimè cadere. Quid enim infelicius, quàm ſeſe in has medicorum anguſtias compingere? metiri potum

tum, escam pōderare, ita omnes corporis operationes circumscribere, & nescio quâ religione moderari, vt si quis vel latum vnguem ab illis discedat, in mortis barathrum præceps feratur? Verè video, nihil hoc adagio experientius esse: *Qui medicè viuit, miserè vivit.*

MEDICVS. Bona verba quæso, rationi congruenter viuere haud miserum est, sed vitam rationis legibus dissentaneam instituere est longè miserrimum. Omnes hæ sanctiones medicæ, quibus certa norma præfinitur, quid sit sumendum, quantum, quâdo, quomodo, quid aliud sunt, quàm sinceriſsima valetudinis adminicula ab intellectu solertiſsimè concepta & dictata. Anne miserum est sanitatis vel fouendæ vel recuperâdæ studio incumbere, sine qua omne aliud in humanis bonum infelicitas summa est? Quî dicetur ille miser, qui vires hactenus seruauit illibatas, etsi multo ei steterint longaque appetituum refrenatione fuerint comparandæ, cùm thesaurum habeat Chinicis omnibus anteferendum? miserumne ducis, quem semper alacrem, & ad honesta munia nunquam imparatum reperies, tantaque animi malacia præditum, vt ex nullo perturbationis fumo colligi possit calidiore affectu interiora ardescere? Quis sano iudicio censuerit Galenam miserum

l.5. de Sanit

serum fuisse cum ipse *l.5. de sanitate tuenda*, iactabundè testetur se ab anno 28. ad confectã vsque ætatem frugalissimo victui tenacissimè inhærendo valetudinem inoffensam, præterquam quod subinde ephemera seu diaria febricula cordis spiritu ex acrioribus studijs feruefacto corriperetur, decurrisse? O ter potius quaterque miseros illos, qui cupiditatibus omnibus ianuam patefacientes sese innumeris doloribus, quos propinones & comedones, à quorum mensa ratio normaque omnis penitus exulat, quodãmodo deuouerũt.

Quis genuinus igitur illorum verborum sensus est, *Qui medicè viuit, miserè viuit*? Videmus alios vel acicula punctos, vel ictos læuissimè medicorum illico adire officinas, alios quauis parte tenuiter affecta in medicamentis omne præsidium statuere: illi illi miserè viuunt. Iam dixi Hippocratico fretus calculo, modi um malum modicâ inediâ curãdũ, dixi insanabiles ægritudines solâ temperantiæ medelâ succumbere: nonne ergo *miserè viuit, qui medicè viuit*, qui se medicorum intricat labyrinthis, cum ratio medicus optimus in promptu sit, & sobrietas efficacissima medicina? nonne miserè viuit, qui catapotiorum, & potionum crebritatem veluti sincerissimam conseruandæ valetudinis rationem venatur, & quauis prope hebdomadâ etsi intus sanus, ægri tamen partes sustinet, seq; tristo illo tutatur, præstat preuenire, & superflua re-

resecare, quàm ijs obrui: at quod toties inculcat Hippocrates, simul tales intelligat: in primis l. 2. Aphor. c. 37. *Qui corpore bene se habēt, hos purgare periculosum est.* Et alibi. *Veratrum seu Helleborum ijs qui sano sunt corpore periculosū est, quippe conuulsionem facit.* & cap. 36. *Qui sano sunt corpore per medicamenta purgati celeriter exoluuntur.* Porro quid in bene repurgatis visceribus tumultuantia ista pocula factitent, quæ ad deonerandum corpus sunt instituta: *non opus*, ait Christus, *valētibus medicus, sed malè habentibus.* Quis nescit cuique medicamento ad emundanda præcordia & certos humores eliciendos peculiarem vim inesse? vti agaricum pituitam soluit, rheubarbarum choleram, senna melancholiam, potiones autem illę si nihil quod redūdet obuiam habeant, totæ in sanguine & carnibus colliquefaciendis, totæ in sibi ex hisce partibus cōsentaneo humore exugēdo versētur necesse est. Verū sētiunt corpus quamuis optimè cōstitutū quotidie vim excremētorū maximā coaceruare, quibus necessariò sit leuādū: at si non Galenū tantūmodo à limine salutassent, suę difficultati ac nodo cuneum inuenissent: quare eius verba accipiant è *sectione 6. Aphor. commento 15. Valde indigentibus & ex longis interuallis temporum purgatio vtilis, eorum vero, quæ quotidie procreantur in corpore excrementorum vacuatio, minor est, quàm vt exigat purgantis medicamenti necessitatem,*

si

si verò quispiam voluerit bis mense, aut semel omnino saltem ea vti veritus ne excrementorũ multitudo aggregetur, praterid quod nocebit, corpora etiam in malam consuetudinem trahet: Quotusquisq; est, cui ita nouercetur natura, vt quotidianũ alui deneget leuamẽtum: vel si deneget, quàm facili negotio aut pulmẽtario herbarũ succo aut iusculis, aut prunis passis aut huiusmodi maximè obuijs proritatur, sed benignè nõ discruciãdo cęterorũ more pharmacorũ. En ergo illius axiomatis sẽsus, in quo explanãdo, si moras traxerĩ, consultus egi: namq; eo prauè intellecto multum meę meorumque collegarum existimationi decedebat.

PRINCEPS. Ita efflictim medicos semper armaui vt in ijs audiendis nullas inutiles moras trahi posse existimem. Perge igitur, & animũ meũ circa quępiam adhuc fluctuantem confirma: dicito num appetentia meritò æqua cibi ac potus mensura censeatur, & eam excedenti ecquod remedium?

(.?.)

CAPVT

CAPVT VII.

1 *Appetentia fallaciſſima cibi ac potus menſura*
2 *Ciborum miſcellanea valetudini noxia.*
3 *Sanitas ciborum condimentum optimum.*
4 *Corporis exercitatio cibos omnes ſapidos efficit.*
5 *Præteritam intemperantiam inedia corrigi.*
6 *Valde expedit paruo eſſe contẽtum.*
7 *Reſpondetur quærenti quemadmodum fallat tempus, ſi ſibi deinceps non ſit amplius edendum.*
8 *Quærenti item quid cibis fieret.*

MEDICVS Etiamſi, Princeps optime, diei noctiſque ſpatia perpetuo dicendi tenore ipſis lateribus ſpirituq; planè defectus percurriſſem: ſolus tamen ille nutus à veſtra beneuolentia comitateq; velut à gratiſſimo zephyro inſpiratus me de integro valeat recreare. Cũ multa ſint in moderãdo paſtu potuue animaduertenda, tũ nihil certius quàm appetentiæ fallaciter & dolosè blandienti nõ minus quã prauæ & diſtortæ regulæ eſſe diffidẽdũ. Nouimus eã plus ſæpe quã ſaris eſt aut vitæ cõducit exigere, idq; vel quia vẽtriculus

humore & acri & mordicante plenus caninâ quadam fame nouo perpetim alimento inhiat, vel quia dapes exquisitiores offeruntur, & miris iusculis & condimentis deliciosè apparatę gulam potius quàm appetitum prouocant, ex siti aut fame simpliciter procreatum: eas, si quis alius, fugiebat Socrates semper simplices & communes, vniusque generis consectatus, sicque appetētiam intra debitos frugalis naturæ terminos continens, tacitè alios damnabat, qui corporis alimentum non vtilitate, sed voluptate metiuntur. Quis enim non videat infucatam illam victus rationem non solùm parabiliorem esse, at in super cōcoctioni accommodatissimam?

Quis non videat pecudes vno eodemque pastu sēper vtētes valetudinis firmitate, lōgè homines anteire, & eas quę caueis aut clathris coërcentur, quod ignara seruorū manus communiter alimentorū mixturā ministret, sæpius lāguere, & cruditatibus confici? & nos ipsi medi ciū cibos quā ab omni cōdimento purissimos propinamus, quid aliud innuimus, quàm tales, culuiæ ventriculi esse aptiores, & tot escarū miscellanea totque iusculorum additamenta ad corruptionem potius quā ad salubrē nutritionem facere. Quemadmodum enim ex hominibus turba diuersę nationis, diuersęq; indolis cōflata seditionis est quoddā seminariū: haud secus cibi illi dissimili efficacitate prediti, & hāc & illā partē diuersimodè af-

afficiētes corporis interiorē ſymmetriā planè peruertūt. Mathurino hęc Medici dicta ſplenem mouēre & linguam: hei, inquit, quā infacetus eſt iſte Hippocrates, modò venationē ſuſtulit, nūc triplici nos funiculo, pane, aqua, ſale cohibere ſatagit.

Funiculo à tali nos Deus expediat.

Iterum & liberè dicam, ait Medicus, turpiter eos hallucinari, qui eſculentorum multiplicitate, multipliciq́ue apparatu appetentiam inſtaurari arbitrantur. Non genuina appetentia illa eſt, nec vllo modo naturalis, niſi quæ ex mera neceſsitate meraq́ue inedia proficiſcitur: vētre ſaturo, aut ſemiſaturo ſolū in patinis ſaporē, ſolū cupedias, & vti loquitur Plutarchus, cocorū mellita venena, & Circæas dapes cōquirimus: & quod miſerum eſt, nō ſapidis illis bolis cupiditas comedonum etiam ſeſe ingurgitantium explētur: liquidem, Ariſtotele teſte, *cupediarum appetitus eſt inſaturabilis.* En multiplicium ſerculorum fructus: quanto magis præſtant ſimplicia ac triuialia, in quibus delectationis illecebra nunquam appetitum, & naturæ neceſsitatem excedit.

PRINCEPS. Verum eſcarum condimentorumq́ue varietas quandoque ad appetentiam læſam aut potius torpentem ſuſcitandam eſt perneceſſaria: & nonnullos videas, qui hac via ſolum ad penſum naturæ debitū perſoluendum poſsint adduci.

MEDICVS. Sanis loquor, magne Princeps, scio ægrorum palato nihil grati, inihil sapidi accidere: sanis verò sana omnia, delicioſa omnia, & vti Homerus, voraci ore deglutienda. O quàm insigne, quàm exquisitum, quàm regium condimentum est sanitas! & hæc haud dubiè ab vna sobrietate paritur, ac fouetur. Id apprimè nouerat Alexander, qui facetè cocos ab Ada Regina missos respuit, causatus sibi non deesse meliores: duos struendo prandio suppetere, scilicet nondum exactis sideribus somnum claudere, & gyrum solis, cursu pedum præuertere: in cœnam verò sufficere vnicum, modicè fuisse pransum: en acuendæ appetentiæ duo insignes administri sobrietas & exercitium, quod Horatius in satyrâ suâ opportunissimum facit appetentiæ conciliâdæ excitamentum.

_____ leporem sectatus equoue
Lassus ab indomito, vel si Romana fatigat
Militia assuetum græcari, seu pila velox
Molliter austerum studio fallente laborem,
Seu de discus agit, pete cadentem aera disco,
Cum labor extuderit fastidia siccus inanis,
Sperne cibum vilem.

Et inferius:

cum sale panis
Latrantem stomachum bene leniet. Vnde putas aut
Qui partum non in caro nidore voluptas
Summa sed in teipso est tibi, pulmentaria quære
Sudando.

Sicque

Sicque concludit:

Ieiunus rarò stomachus vulgaria temnit.

Et quoniam pet eras, Princeps optime, quâ ratione ijs qui dudum effractis sobrietatis repagulis nimiæ voracitati habenas laxauerit se intra temperantiæ cancellos postliminio reponat: ne, quæso, displiceat, si talem ad pecudum caulas aut scholas potius vt per similem eorum inediam malo suo consulat amandauero, illic videbit lupos & leones postquam ventrem plurimâ carne saginarunt, in antro diu ieiunos recubare, eaque solertiâ hominũ exoticos mores tacitè redarguere, docereque non vinum vino, non cupedias cupedijs esse cumulandas.

PRINCEPS. Sat è tuis myrothecijs Medice prompsimus: philosophi moralis longum silentium iam iam rumpendum prospicio.

PHILOSOPHVS MOR. Non tam illud rũpere aueo, quàm modò dicta quibus possum calculis approbare, sed vtinam ea vsu ipso recipiantur. Cui quidem rei promouendæ non parum iuuert, si Solonis istud pronũciatum, quo statuebat primum summumque hominis bonum esse, nullo egere victu, secundum egere modico; altè in animos demittamus. Et sanè si vnquam ad tanti boni culmen nobis pertingere daretur, si vnquam à ministrandis corpori alimentis velut à mi-

ſerrima ſeruitute eximeremur, prô quàm anima ſibi plauderet, quàm beliè ſeipſam veri cognitione paſceret, quàm tota in rerum naturalium diuinarumque commentatione abſorberetur: nunquam aſiàs ita liquidis voluptatibus fuiſſet delibuta præ ijs eſcarum delicias meras ſordes, meramque nauſeam æſtimaret. Sed ohe (ait quiſpiam è conuiuis iunior, qui alijs mente diſcurrentibus egregiè per ſingulas patinas diſcurrerat) quomodo tempus fallemus, ſi nobis deinceps non ſit amplius edendum?

PHILOSOPHVS. Huic quæſtioni apprimè reſpondeat quiſpiam, qui Danaidum ad inſtar dolio pertuſo implendo deſtinaretur: Si forſan ab hac faſtidioſa & inutili occupatione exolui contingeret, an dubitaret quemadmodum tempus fallere, quam vitam poſſet ducere? & ambigis ſi à conquirendo quâ è terra, quâ è mari, quâ ex aëre quo inſaturabile ventris barathrum oppleatur, ceſſaremus, ambigis inquam, qua ratione vitæ faſtidia ſuperaremus?

Quemadmodum ij, qui ſub diuturno iugo moleſtoque gemuerunt, dum manumittuntur ſibi ipſis & per ſeipſos eadem, quæ olim dominis ſuis ac tyrannis, obſequia præſtare

stare non dubitant: sic anima, quæ modò in corpore fouendo ita deludat, totque ægritudinibus afflictatur, si hoc prope intolerabili onere leuaretur, sibi viueret, sibi studeret, sibi caneret, & è creatoris sui meditatione nectar Angelicum exugeret.

At subijcit ille idem, si à vescendo absisteremus, quò abiret tanta ciborum multitudo? quis piscium, quis carnium foret vsus? profecto cauendum esset, ne vacuæ & inutiles redderentur. Scilicet scopum attigisti: non minus aberras, quàm is, qui sanitatis dona aspernatus diceret: nunquam à mortalibus ægritudines abesse oportet: alioquin medicina omniaque pharmaca iacebunt: quod enim inter vtrumq; discrimen, cum cibus medicamenti loco famis curandæ gratia sumatur? Ad hæc obmutuit iunenis, philosophi argutias demiratus, & prægnantem conuiuarum risum subueritus seniori lubens dicendi locum cessit, qui cœnam pene totam grauibus adeo & catonicis sermonibus distrahi conquestus est: quare Principem rogat, vt patiatur seriam illam diutinamque attentionem, ex qua etiam suo capiti dolor accederet, iucundiori aliqua narratione interpolari, adesse Historicum, qui in Pomeridiana

sua oratione elegantiarum non modicam supellectilem videbatur in cœnam reiecisse; atque ita Principi placuit, vt epulum lapidioribus epulis clauderetur.

CAPVT VIII.

1 *Tres euersa mente temulenti domi suæ iactari in alto sæua tempestate sibi videntur.*
2 *Perturbat æ phantasiæ sæua monstra*
3 *Quidam ad vacuum theatrum idē tidem it at, recreatur, applaudit actoribus, quos sola imaginatio obijciebat animo.*
4 *Item alter.*
5 *Ad hunc modum vana sunt, & sōno similia omnia huius mundi oblectamenta.*

HISTORICVS. Vultis forsan vini pomeridianis horis multum à me exagitari vim planè insolentem cernere? audite è Graio authore quopiam historiam mirabilem iuxta & facetam. Non ita Libicum mare Aquilo, vt quondam trium popinonum mētem pocula conturbârunt. Seipsos in alto procellis vndequaque ingruentibus iactari, & domum ipsam, in qua compotando fuerant pernoctes triremem esse, & iam iam ad ima Tartari deuoluendam certo certius persuasum

sum habebant. Quamobrem relictis pateris huc illuc insani feruntur: alius cellam vinariam petit carinam ratus; alius conuolat posticum versus, & puppim credit; alius ad camini apicem adreptat, & inde velut è carcheſio longam tectorum seriem prospectans decumanos fluctus insurgere inclamat, cautè immensam imminere, ad quam si allidatur nauis, haud dubiè diffrumpendam. Ecquis euadendi modus? nullus occurrit præsentior, quã qui nautis in summo illo discrimine omnes gazas posthabentibus: nauim domesticam deonerandam censent, ideoq; per feneſtras in plateam quasi in verticem mensas, lectos, scamna, parobſides, pateras, ciſtas, omnemque supellectilem quâ communem, quâ pretiolam abijciunt. Tandem cùm incondito clamore & strepitu omnia personarent, excitatus fuit vicinia vniuersa, visaq; illis ingens piscium grandiorum adesse multitudo, quos abigere proiectis cadis tentabant. Venêre viri è magistratu grauiores minacibus verbis ægre ferentes eos ita tumultuari, & in pacatissima ciuitate tantas turbas ciere. At illorum vnus ex illis comminationibus magis sæuire notos autumans, ad magistratus genua prouolutus ait, ô Tritones Dijq; marini omnes è naui vndequaq; fluctibus obsessa pedem efferre hactenus subterfugi, tandem vestro fretus numine eminus conspecto ad vos, ô Tutelares mei, ad immane hoc naufragium vobis

propitijs auerruncandum confugere non dubitaui. Si vnquam ad patrios lares ſoſpites remeauerimus, inſignem nomini numiniq́ue veſtro aram vouemus. Magiſtratus minas inculcat & prope intentat verbera, ſed incaſſum expectandum fuit, dum ſomno crapulam decoquente phantaſtica hæc procella deſęuiret. Timæus ſcriptor antiquiſsimus, ſimulq́; Athenæus & Rhodiginus rem totam Agrigenti in Sicilia geſtam fuiſſe tradunt, illamq́; domum, vbi ita debacchati fuerant nepotes illi, ſitam ad portum, vnde triremis deinceps nũcupata eſt.

Ex ea narratione ſeni & omnibus conuiuis frons emicuit ſerenior, præbitaq́ue anſa ad aliquid de euerſæ imaginationis virtute ediſſerendum.

MEDICVS. Huiuſmodi diliramenta mihi quotidie ægrorum ædes obeunti ſunt in oculis: nec adeo miror, imaginationis organum vel febrili ardore, vel ſuccensâ cholerâ aut melancholiâ, vel temulentiâ facilè incaleſcat & feruido quodã ęſtu euertatur. Apud Galenũ Medicus è diutino & tenaci morbo in pertinacẽ illã inſaniã deuenit, vt quãuis in eius cubiculo nec tibia vlla, nec cithara, nec vll' choraules adeſſet: tamẽ indeſinẽter exclamabant: faceſsãt mihi hbicines, ac tibicines illi, ne aures mihi importunis ſuis nænijs obtũdãt. Res eo magis ſtupori fuit, quod in hoc vno delirans, de cęteris ſaniſsimum ferret iudicium, medi-

medicaſq; rationes nũquã aliàs ſolertius explanaret. hucq; prolabi videm⁹ eos, qui rẽ aliquã prauè conceptã, vehemẽter animo, cętera verò genuinè cõformiterq; naturę ſuę apprehendunt.

HISTORICVS. Eſt apud Horatium nec non apud Ariſtotelem quiddam non abſimile: ipſis verſibus ſuus ineſt lepos.

L. 2. Epiſt. 2. ad Iulium

——fuit haud ignobilis Argis
Quiſe credebat miros audire tragœdos
In vacuo lætus ſeſſor, plauſorq; theatro,
Cætera quæ vita ſeruaret munia recto
More, bonus ſanè vicinus, amabilis hoſpes,
Comis in vxorem, poſſet qui ignoſcere ſeruis,
Et ſigno læſo non inſanire lagenæ,
Poſſet qui rupem & puteum vitare latentem
Hic vbi cognatorum opibus curiſq; refectus
Expulit Helleboro morbum bilemq; meraco
Et redit ad ſeſe Pol me occidiſtis amici
Non ſeruaſtis, ait, cui ſic extorta voluptas
Et demptus per vim mentis gratiſſimus error.

Quod narrat Athenæus de Traſilao non incongruè huic annecti poteſt. Certum ratũq; in animo fixerat naues omnes quotquot Pyrẽũ portum appellebãt ſuas eſſe: nec ab ea mẽte niſi multis ambagibus, & longo poſt tempore deduci potuit, tumq; grauiſsimè indoluit cauſatus quod nihil in vita iucundius accideret, *quàm ille mentis gratiſſimus error.*

PRINCEPS. Stupeo iſtos homines ad mẽtẽ reuocatos, poſtliminio ad inſanias ſuas redire voluiſſe,

voluisse; cùm tamen scirent huiusmodi amẽtiam nonnisi à cerebro dissidente proficisci.

THEOLOGVS. Iam dudũ id stupere desij ex quo scilicet expendi rerum fluxarum consectatores nõ minus à ratione discessisse. Quis verè sanus infitiabitur gaudia quæcunq; demum à rebus creatis ita studiosè emendicant, nihil nisi nugas esse, somnia, ludos vmbratiles, & solùm genuinę voluptatis laruam. Dum honores, deliciæ, diuitięq; benigniùs affluũt, C. 29. v. 8. finguntanimo se veluti in aquis argenteis innatare, *& sicut somniat*, ait Isaias, *esuriens & comedit, cùm autem fuerit expergefactus, vacua est anima eius: & sicut sõniat sitiens & bibit, & postquam fuerit expergefactus, lassus adhuc sitiet & vacua est anima eius*: ita se habent, qui hîc Heliogabali, Chrœsi Midæue personã sustinẽt: vbi verò sub extremũ vitę actũ larua illa ponenda erit, quasi ex alto veterno excitati, discussaq; prauorum affectuum caligine tum demum cernent se dudum somniasse, captasse fumos, & forsan ineſtimabilem gratiæ diuinę margaritam somnio posthabuisse: tales meritò pœnitebit, vti eos, de quibus Regius Psaltes: *Dormierunt somnum suum, & nihil inuenerũt omnes viri diuitiarum in manibus suis.* Et Psal. 72. *Velut somniũ surgentium, Domine, in ciuitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges.* Sanè bene felicitatem humanam matutino somnio assimilat: vbi quippe in nocturno lætitia quædã, fallacia verò vix vlla detegitur, in altero frõs

mendax

mẽdax illico proditur, simulq; piget sõniãtẽ oblatas illas species manu prehendi nequiuisse. Cùm ergo id tam clarum sit, quàm quod clarissimum, nonne indolendum est miseros mortales vanissimo deliciarum fuco, fugacissimæ voluptati, somnio fallacissimo plus quàm Tantalicis labris inhiare? quid dico inhiare, quot vidimus araneorũ instar, vt tenuè quasi filum muscis illaqueandis contexerant, sese exenteraſſe, itaq; totos fuisse in explendis cupiditatibus, vt mallent potiùs in syrtes & scopulos criminum centies impingere, mallẽt diuinæ gratiæ naufragium facere, quàm vel transuersum pollicem ab imaginario voluptatum cursu deflectere: hi scilicet & similes ad æternę beatitatis portum confidentissimè aspirent. Dilaudata fuit in Theologo pietas, gratijsq; Deo peractis visa sunt Principi ad susceptæ disputationis rationem perfectam duo adhuc desiderari: Alterum an nefas sit socium ad æquales calices pro uocare; de ebrietatis remedijs alterum.

POMERI-

humore & acri & mordicante plenus caninâ quadam fame nouo perpetim alimento inhiat, vel quia dapes exquisitiores offeruntur, & miris iusculis & condimentis deliciosè apparatę gulam potius quàm appetitum prouocant, ex siti aut fame simpliciter procreatum: eas, si quis alius, fugiebat Socrates semper simplices & communes, vniusque generis consectatus, sicque appetētiam intra debitos frugalis naturæ terminos continens, tacitè alios damnabat, qui corporis alimentum non vtilitate, sed voluptate metiuntur. Quis enim non videat infucatam illam victus rationem non solùm parabiliorem esse, at insuper cōcoctioni accommodatissimam?

Quis non videat pecudes vno eodemque pastu sēper vtētes valetudinis firmitate, lōgè homines anteire, & eas quę caueis aut clathris coërcentur, quod ignara seruorū manus communiter alimentorū mixturā ministret, sæpius lāguere, & cruditatibus confici? & nos ipsi medi cidū cibos quā ab omni cōdimento puri simos propinamus, quid aliud innuimus, quàm tales, culuiæ ventriculi esse aptiores, & tot escarū miscellanea totque iusculorum additamenta ad corruptionem potius quā ad salubrē nutritionem facere. Quemadmodum enim ex hominibus turba diuersę nationis, diuersęq; indolis cōflata seditionis est quoddā seminariū: haud secus cibi illi dissimili efficacitate prędĭti, & hāc & illā partē diuersimodè af-

afficiētes corporis interiorē ſymmetriā planè peruertūt. Mathurino hęc Medici dicta ſplenem mouēre & linguam: hei, inquit, quā infacetus eſt iſte Hippocrates, modò venationē ſuſtulit, nūc triplici nos funiculo, pane, aqua, ſale cohibere ſatagit.

Funiculo à tali nos Deus expediat.

Iterum & liberè dicam, ait Medicus, turpiter eos hallucinari, qui eſculentorum multiplicitate, multiplicique apparatu appetentiam inſtaurari arbitrantur. Non genuina appetentia illa eſt, nec vllo modo naturalis, niſi quæ ex mera neceſsitate meraque inedia proficiſcitur: vētre ſaturo, aut ſemiſaturo ſolū in patinis ſaporē, ſolū cupedias, & vti loquitur Plutarchus, cocorū mellita venena, & Circæas dapes cōquirimus: & quod miſerum eſt, nō ſapidis illis bolis cupiditas comedonum etiam ſeſe ingurgitantium explerat: liquidem, Ariſtotele teſte, *cupediarum appetitus eſt inſaturabilis.* En multiplicium ferculorum fructus: quanto magis præſtant ſimplicia ac triuialia, in quibus delectationis illecebra nunquam appetitum, & naturæ neceſsitatem excedit.

PRINCEPS. Verum eſcarum condimentorumque varietas quandoque ad appetentiam læſam aut potius torpentem ſuſcitandam eſt perneceſſaria: & nonnullos videas, qui hac via ſolum ad penſum naturæ debitū perſoluendum poſsint adduci.

MEDICVS. Sanis loquor, magne Princeps, scio ægrorum palato nihil grati, inihil sapidi accidere: sanis verò sana omnia, delicioſa omnia, & vti Homerus, voraci ore deglutienda. O quàm insigne, quàm exquisitum, quàm regium condimentum est sanitas! & hæc haud dubiè ab vna sobrietate paritur, ac fouetur. Id apprimè nouerat Alexander, qui facetè cocos ab Ada Regina missos respuit, causatus sibi non deesse meliores: duos struendo prandio suppetere, scilicet nondum exactis sideribus somnum claudere, & gyrum solis, cursu pedum præuertere: in cœnam verò sufficere vnicum, modicè fuisse pransum: en acuendæ appetentiæ duo insignes administri sobrietas & exercitium, quod Horatius in satyrâ suâ opportunissimum facit appetentiæ conciliadæ excitamentum.

——leporem sectatus equoue
Lassus ab indomito, vel si Romana fatigat
Militia assuetum græcari, seu pila velox
Molliter austerum studio fallente laborem,
Seu de discus agit, pete cadentem aera disco,
Cum labor extuderit fastidia siccus, inanis,
Sperne cibum vilem.

Et inferius:

cum sale panis
Latrantem stomachum bene leniet. Vnde putas aut
Qui partum non in caro nidore voluptas
Summa sed in teipso est: tu, pulmentaria quære
Sudando.

Sicque

Sicque concludit:

Ieiunus raro stomachus vulgaria temnit.

Et quoniam peteras, Princeps optime, quâ ratione ijs qui dudum effractis sobrietatis repagulis nimiæ voracitati habenas laxauerit se intra temperantiæ cancellos postliminio reponat: ne, quæso, displiceat, si talem ad pecudum caulas aut scholas potius vt per similem eorum inediam malo suo consulat amandauero, illic videbit lupos & leones postquam ventrem plurimâ carne saginarunt, in antro diu ieiunos recubare, eaque solertiâ hominũ exoticos mores tacitè redarguere, docereque non vinum vino, non cupedias cupedijs esse cumulandas.

PRINCEPS. Satè tuis myrothecijs. Medice prompsimus: philosophi moralis longum silentium iam iam rumpendum prospicio.

PHILOSOPHVS MOR. Non tam illud rũpere aueo, quàm modò dicta quibus possum calculis approbare, sed vtinam ea vsu ipso recipiantur. Cui quidem rei promouendæ non parum iuuert, si Solonis istud pronũciatum, quo statuebat primum summumque hominis bonum esse, nullo egere victu, secundum egere modico; altè in animos demittamus. Et sanè si vnquam ad tanti boni culmen nobis pertingere daretur, si vnquam à ministrandis corpori alimentis velut à mi-

stare non dubitant: sic anima, quæ modò in corpore fouendo ita desudat, totque ægritudinibus afflictatur, si hoc prope intolerabili onere leuaretur, sibi viueret, sibi studeret, sibi caneret, & è creatoris sui meditatione nectar Angelicum exugeret.

At subijcit ille idem, si à vescendo absisteremus, quò abiret tanta ciborum multitudo? quis piscium, quis carnium foret vsus? profecto cauendum esset, ne vacuæ & inutiles redderentur. Scilicet scopum attigisti: non minus aberras, quàm is, qui sanitatis dona aspernatus diceret: nunquam à mortalibus ægritudines abesse oportet: alioquin medicina omniaque pharmaca iacebunt: quod enim inter vtrumq; discrimen, cum cibus medicamenti loco famis curandæ gratia sumatur? Ad hæc obmutuit iuuenis, philosophi argutias demiratus, & prægnantem conuiuarum risum subueritus seniori lubens dicendi locum cessit, qui cœnam pene totam grauibus adeo & catonicis sermonibus distrahi conquestus est: quare Principem rogat, vt patiatur seriam illam diutinamque attentionem, ex qua etiam suo capiti dolor accederet, iucundiori aliqua narratione interpolari, adesse Historicum, qui in Pomeridiana

sua oratione elegantiarum non modicam supellectilem videbatur in cœnam reiecisse; atque ita Principi placuit, vt epulum lapidioribus epulis clauderetur.

CAPVT VIII.

1 *Tres euersa mente temulenti domi suæ iactari in alto sæua tempestate sibi videntur.*

2 *Pertubat & phantasia sæua monstra*

3 *Quidam ad vacuum theatrum idē tidem itat, recreatur, applaudit actoribus, quos sola imaginatio obijciebat animo.*

4 *Item alter.*

5 *Ad hunc modum vana sunt, & sōno similia omnia huius mundi oblectamenta.*

HISTORICVS. Vultis forsan vini pomeridianis horis multum à me exagitari vim planè insolentem cernere? audite è Graio authore quopiam historiam mirabilem iuxta & facetam. Non ita Libicum mare Aquilo, vt quondam trium popinonum mētem pocula conturbârunt. Seipsos in alto procellis vndequaque ingruentibus iactari, & domum ipsam, in qua compotando fuerant pernoctes triremem esse, & iam iam ad ima Tartari deuoluendam certo certius persua-

sum

sum habebant. Quamobrem relictis pateris huc illuc insani feruntur: alius cellam vinariam petit carinam ratus; alius conuolat posticum versus, & puppim credit; alius ad camini apicem adreptat, & inde velut è carcheſio longam tectorum seriem prospectans decumanos fluctus insurgere inclamat, cauté immensam imminere, ad quam si allidatur nauis, haud dubiè diſrumpendam. Ecquis euadendi modus? nullus occurrit præsentior, quã qui nautis in summo illo discrimine omnes gazas posthabentibus: nauim domesticam deonerandam censent, ideoq; per feneſtras in plateam quasi in verticem mensas, lectos, scamna, paroblides, pateras, ciſtas, omnemque supellectilem quâ communem, quâ pretiolam abijciunt. Tandem cùm incondito clamore & strepitu omnia personarent, excitatus fuit vicinia vniuersa, visaq; illis ingens piſcium grandiorum adesse multitudo, quos abigere proiectis cadis tentabant. Venere viri è magiſtratu grauiores minacibus verbis ægre ferentes eos ita tumultuari, & in pacatiſſima ciuitate tantas turbas ciere. At illorum vnus ex illis comminationibus magis sæuire notos autumans, ad magiſtratus genua prouolutus ait, ô Tritones Dijq; marini omnes è naui vndequaq; fluctibus obsesſa pedem efferre hactenus subterfugi, tandem vestro fretus numine eminus conſpecto ad vos, ô Tutelares mei, ad immane hoc naufragium vobis

propitijs auerruncandum confugere non dubitaui. Si vnquam ad patrios lares sospites remeauerimus, insignem nomini numinique vestro aram vouemus. Magistratus minas inculcat & prope interitat verbera, sed incassum expectandum fuit, dum somno crapulam decoquente phantastica hæc procella desęuiret. Timæus scriptor antiquissimus, simulq; Athenæus & Rhodiginus rem totam Agrigenti in Sicilia gestam fuisse tradunt, illamq; domum, vbi ita debacchati fuerant nepotes illi, sitam ad portum, vnde triremis deinceps nũcupata est.

Ex ea narratione seni & omnibus conuiuis frons emicuit serenior, præbitaque ansa ad aliquid de euersæ imaginationis virtute edisserendum.

MEDICVS. Huiusmodi diliramenta mihi quotidie ægrorum ædes obeunti sunt in oculis: nec adeo miror, imaginationis organum vel febrili ardore, vel succensâ cholerâ aut melancholiâ, vel temulentiâ facilè incalescat & feruido quodã ęstu euertatur. Apud Galenũ Medicus è diutino & tenaci morbo in pertinacẽ illã insaniã deuenit, vt quãuis in eius cubiculo nec tibia vlla, nec cithara, nec vll⁹ choraules adesset: tamẽ indesinẽter exclamabant: facessãt mihi hbicines, ac tibicines illi, ne aures mihi importunis suis nænijs obtũdãt. Res eo magis stupori fuit, quod in hoc vno deliranS, de cęteris sanissimum ferret iudicium, medi-

medicaſq; rationes nũquã aliàs ſolertius explanaret. hucq; prolabi videri eos, qui rẽ aliquã prauè conceptã, vehemẽter animo, cętera verò genuinè cõformiterq; naturę ſuę apprehendunt.

HISTORICVS. Eſt apud Horatium nec non apud Ariſtotelem quiddam non abſimile: ipſis verſibus ſuus ineſt lepos.

L. 2. Epiſt. 2. ad Iulum

——fuit haud ig nobilis Argis
Qui ſe credebat miros audire tragœdos
In vacuo lætus ſeſſor, plauſorq; theatro,
Cætera quæ vitæ ſeruaret munia recto
More, bonus ſanè vicinus, amabilis hoſpes,
Comis in vxorem, poſſet qui ignoſcere ſeruis,
Et ſigno læſo non inſanire lagenæ,
Poſſet qui rupem & puteum vitare latentem
Hic vbi cognatorum opibus curiſq; refectus
Expulit Helleboro morbum bilemq; meraco
Et redit ad ſeſe Pol me occidiſtis amici
Non ſeruaſtis, ait, cui ſic extorta voluptas
Et demptus per vim mentis gratiſſimus error.

Quod narrat Athenæus de Traſilao non incongruè huic annecti poteſt. Certum ratũq; in animo fixerat naues omnes quotquot Pyrẽũ portum appellebãt ſuas eſſe: nec ab ea mẽte niſi multis ambagibus, & longo poſt tempore deduci potuit, tumq; grauiſſimè indoluit cauſatus quod nihil in vita iucundius accideret, *quàm ille mentis gratiſſimus error.*

PRINCEPS. Stupeo iſtos homines ad mẽtẽ reuocatos, poſtliminio ad inſanias ſuas redire voluiſſe,

voluisse; cùm tamen scirent huiusmodi amẽ-
tiam nonnisi à cerebro dissidente proficisci.

THEOLOGVS. Iam dudũ id stupere desij ex quo scilicet expendi rerum fluxarum consectatores nõ minus à ratione discessisse. Quis verè sanus infitiabitur gaudia quæcunq; demum à rebus creatis ita studiosè emendicant, nihil nisi nugas esse, somnia, ludos vmbratiles, & solùm genuinę voluptatis laruam. Dum
C. 29. v. 8. honores, deliciæ, diuitięq; benigniùs affluũt, fingunt animo se veluti in aquis argenteis innatare, *& sicut somniat*, ait Iaias, *esuriens & comedit, cùm autem fuerit expergefactus, vacua est anima eius: & sicut sõniat sitiens & bibit, & postquam fuerit expergefactus, lassus adhuc sitiet & vacua est anima eius*: ita se habent, qui hîc Heliogabali, Chrœsi Midæue personã sustinẽt: vbi verò sub extremũ vitę actũ larua illa ponenda erit, quasi ex alto veterno excitati, discussaq; prauorum affectuum caligine tum demum cernent se dudum somniasse, captasse fumos, & forsan inęstimabilem gratiæ diuinę margaritam somnio posthabuisse: tales meritò pœnitebit, vti eos, de quibus Regius Psaltes: *Dormierunt somnum suum, & nihil inuenerũt omnes viri diuitiarum in manibus suis.* Et Psal. 72. *Velut somniũ surgentium, Domine, in ciuitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges.* Sanè bene felicitatem humanam matutino somnio assimilat: vbi quippe in nocturno lætitia quædã, fallacia verò vix vlla detegitur, in altero frõs

mendax

mẽdax illico proditur, simulq; piget sõniãtẽ oblatas illas species manu prehendi nequiuisse. Cùm ergo id tam clarum sit, quàm quod clarissimum, nonne indolendum est miseros mortales vanissimo deliciarum fuco, fugacissimæ voluptati, somnio fallacissimo plus quàm Tantalicis labris inhiare? quid dico inhiare, quot vidimus araneorũ instar, vt tenuè quasi filum muscis illaqueandis contexerant, sese exenteraſſe, itaq; totos fuisse in explendis cupiditatibus, vt mallent potiùs in syrtes & scopulos criminum centies impingere, mallẽt diuinæ gratiæ naufragium facere, quàm vel transuersum pollicem ab imaginario voluptatum cursu deflectere: hi scilicet & similes ad æternę beatitatis portum confidentissimè aspirent. Dilaudata fuit in Theologo pietas, gratijsq; Deo peractis visa sunt Principi ad susceptæ disputationis rationem perfectam duo adhuc desiderari: Alterum an nefas sit socium ad æquales calices pro uocare; de ebrietatis remedijs alterum.

POMERI-

POMERIDIANVS CONGRESSVS SEXTVS.

De consuetudine prouocandi & cogendi ad æquales calices, & de remedijs ebrietatis.

CAPVT I.

2 *Prouocatio ad æquales calices rectæ rationi aduersatur.*

2 *Quando ea ad peccatum mortiferũ pertingat.*

3 *Damnatur ista à S. Basilio. Eius author dæmon.*

4 *Insignes SS. Ambrosij atque Augustini in cõpotores istos sententiæ.*

5 *Ea sacros homines dedecet maximè.*

6 *Non dicas inuitatus recusare non potui.*

7 *Nam obnitens si quid detrimenti pateris hoc ad Martyrij gloriam accedet.*

8 *Soteria ducta in orbem & ad sitim accen-*

accendēdā falſamenta vſurpari ſolita à SS Patribus damnantur.

9 *Empedocles prouocatori dicam ſcripſit: is condemnatus, pœnas dedit.*

THEOLOGVS. Cogitabam, viri nobiliſsimi, me ex eo die, qui primus mihi ad dicendum fuit præſtitutus, faſtigium operi meo impoſuiſſe: ſed ecce, video altiùs erigendum, & ad iſtas prouocationes reprimendas vnius meæ profeſsione exigi armamenta: attamen non parum lætor me id iuſſu illius atque hortatu ſuſcipere conficiendum, cui plurimis nominibus deuinctus omnes vitæ meæ rationes, omneque obſequium deuouere iam pridem nō dubitaui. Si quid in Theologicam arenam rationi diſſonum & in moribus turpe hactenus deſcenderit, prouocatoria poculorum certamina id ſibi maximè vēdicare ex ea quæ in iſtis menſis bibendi norma decernitur, facilè quiſpiam iudicabit. Quę porro ibi norma, vbi non ratio, non naturæ neceſsitas, non ſenſuum alacritas, ſed compotoris venter, vel potius tota, quantacunq; eſt ventris, viſcerū, & venarū capacitas ſpectatur? neſcit quo nomine eos indigitet Baſilius, an vtres, an lagenas, an tubos, an cloacas: omnia

omnia sanè quadrant istis hominibus, qui solum ad vina capienda, transfundenda, & perdenda nati videantur.

Et non asseremus huiusmodi mortiferâ noxâ implicari? Certè si prouocent, animo se vel socium inebriandi, vel si aduertant, aut facilè aduertere possint sibi vel socio ebrietatem procreandam, etiamsi non eo animo faciant, non est quòd pessimos illos laqueos se effugere posse confidant. Non est necesse huic dogmati maiorem illustrationē accedere, quā eam, quá superioribus diebus temulentiam impugnaui: si enim inebriare seipsum directâ vel indirecta voluntate est mortiferum, etiā inebriare alterū. Quoniā verò inter hęc prælia quæ sine marte, sine industria vlla meuntur, innumera flagitia, turpitudines infinitę, factiones insanissimæ intercedunt, ideò à SS. Patribus tum Græcis, tum Latinis acerrimo dicendi genere percelluntur: atque in primis à Basilio.

Homilia in ebriet. Deinde potatione procedente eò venitur, vt de augenda hac insania certent & de ebrietate per ambitionem contendant. Cuius authorem legis Diabolum habent, victoriæ verò præmium peccatum. Nam qui plus hauserit meri laudatur, is victoriam refert, atque ita gloriam in ignominia captant.

Sed videte æui nostri conuiuia & proterua illam compotandi licentiam Ambrosiano eloquio ita ad amussim expressam, vt eam animo

mo præsensisse videatur. *Primò*, inquit, *minoribus poculis velut velitari pugna præluditur.*

Verũ hæc nõ sobrietatis est species, sed disciplina bibendi, vt irritent sitim &c. ergo vbi recalere cœperint, poscunt maiora pocula, feruor inardescit. Deinde procedente potu longius contentiones diuersæ & magna certamina quis bibendo præcellat: nota grauis, si quis se excusat, si quis temperandum forte vinum putet, & hæc donec ad mensas perueniatur secundas. At vbi consummata fuerint epulæ, putes iam esse surgendum, tunc de integro potum instaurant suum, & cum consummauerint, tunc inchoare se dicunt: tunc deferuntur phialæ, tunc maximi crateres quasi instrumenta bellorum ac ne immoderatum hoc arbitreris mensura proponitur, certatur sub iudice, sub lege decernitur. Agonothetes illic furor est, stipendium debilitas, victoriæ præmium culpa. Pendet anceps diu & dubium belli euentus. Et aliàs inuitatos ad epulas sic monet: *Nec vos excusamini, qui vocatis vt amicos, emittitis vt inimicos, quanto melius in terram tua vina fudisses? Quid te delectant damna sine gratia? rogas ad iucunditatem, cogis ad mortem, inuitas ad prandium, efferre vis ad sepulchrum, cibos promittis, tormenta irrogas, vina prætendis, venena suffundis.* De Elia. & Ieiun. c. 14.

Neque verò B. Augustinũ eiusdem consuetudinis fuisse nescium cogitate. *Maiora pocula*, ait, *prouidentur, certa bibendi lege contenditur, qui poterit vincere, laudem meretur ex crimine.*

Rursum: *Sed illi qui tales esse volunt, miserabiliter se excusare conantur dicentes, ingratum habeo amicum meum, si quoties illum ad conuiuium vocauero, potum ei, quantum voluerit, non dedero. Et si non sit tibi amicus, qui te Deo vult facere inimicum, qui & tuus & suus est inimicus. Si & te & alium inebriaueris, habebis hominem amicum, habebis Deum inimicum, & ideo sapienter considera si iustum sit, vt te a Deo separes, dum te ebrioso coniungis, cum extremum sit: tu eum noli adiuuare, noli cogere, sed in potestate illius dimitte, vt quantum sibi placuerit bibat, & si sic se inebriare voluerit, vel solus pereat, & non ambo pereatis. O infelicitas generis humani! quàm multi inueniuntur, qui ebriosos & luxuriosos amplius quàm oportet, cogunt bibere, & ante ostium pauperibus petentibus vel vnum calicem dissimulant dare, nec attendunt, quia illud quod luxuriosis videntur ingerere, Christus in pauperibus deberet accipere qui dixit: Quod feciſtis vni ex minimis meis mihi feciſtis.* Sicq; hortationem suam claudit:

Ergo fratres chariſsimi, dum hæc suggero, me absoluo apud Deum, quicunque me audire contempserit, & ad bibendum pronus fuerit, vel in conuiuio suos adiurare vel cogere voluerit, & pro se & pro illis in die Iudicij reus erit. Et quia quod peius est aliqui etiam Clerici, qui hoc deberent prohibere, cogunt alios bibere plus quam expedit, amodo incipiant & seipsos corrigere, &

alios

alios castigare, vt cum ante Christi tribunal venerint, nec de sua nec de aliorum ebrietate incurrant supplicium.

Quid censetis, viri nobiles? quo loco apud vos sunt hæ grauissimæ Sanctorum Patrum sententiæ? Tacitè vnumquemque vestrûm dicentem audio eos vnanimi consensu in barbaram illam comessandi consuetudinem coniurasse, & quasi ipsimet nostris mensis assedissent, singillatim notasse omnia, quæ ibi ad insignem Christiani nominis infamiam actitantur: stupuistis, non dubito, quàm aculeata inuectiua importunissimos illos prouocatores, qui tum temporis Mediolani, & in Africa passim grassabantur, vulnerarent. Sæpe dæmonem egit, semper cultores suos, & idololatras, *quorum Deus venter est*, semper suarum partium vindices habuit acerrimos.

Enimuerò silentio præterire non possum, quod idem Augustinus sermone 232. *solent*, inquit, *ebrioſi ita se excusare vt dicant, persona potens mè coegit, vt amplius bibam, & in conuiuio Regis non potui aliud facere. Ad excusandas excusationes in peccatis ista prætendimus, & quod implere nolumus, non potuisse dicimus. Nolle in culpa est nostra & non posse prætenditur. Etiamsi adhoc veniretur, aut bibas, aut morieris, melius erat, vt caro tua sobria occideretur, quàm per ebrietatem anima moreretur,*

sed excusatio ista falsò obijcitur. Ipsi enim Reges, & quicunq; sunt alij potentes, quia Deo propitio & Christiani sunt, & prudentes & sobrij, & toto corde Deum timentes, si te viderent desinisse, vt eis non acquiescas pro timore Dei inebriari, si tibi sub mora videantur irasci, postea verò te in grandi admiratione suscipiunt dicentes: Quantum cum illo egimus, quantis eum minis & terroribus fatigauimus, & tamen à sobrietate nunquam separare potuimus. Nam & Deus, qui te videt per eius amorem inebriari non velle: ipse tibi gratiam illam illorum dabit, qui te vt amplius biberes videbantur hortari & cogere. Ita stylo sermoneq; acriori suorum auditorum petulantiam castigabat Augustinus, quæ vtinam altius ab eorum animis imbiberentur, qui nescio cuius verecundiæ pudorisue specie ducti, & non tenue gratiæ Principum, in qua aucupanda non mediocriter laborârint, dispendium metuentes, ingentia pocula iterum, iterumque exorbent. Scilicet si Principi aut cuiuis alteri paria non retuleris, iniquus habebere rerum aulicarum æstimator, nec lenem iniuriam feceris: imo rationi iniuriam feceris grauissimam, eam vanissimo fauori posthabendo & obruendo.

Ad neruosam Augustini cohortationem mentem oculosq; reflecte, & vide quàm luculenta merces maneat illos, qui ad calices exinaniendos quâ metu, quâ blanditijs lacessiti laudabili obdurant pertinacia. *Qui e-*

brietati

brietati, inquit, *resistit, si cum Dei adiutorio perseuerare voluerit, & pro ipsa ille pertulerit tribulationes, omnia ei Dominus ad martyrij gloriam reputabit.* Quare miseram suorum vicem indolens nō potuit reticere consuetudinem nescio an iam minus, quàm id temporis vsitatam, quâ soliti sunt antiqui denudatis mensis exurgentes ac bene saturi sua certamina instaurare, soteria in orbem ducere, vita functorum memoriam suis poculis refricare, nec non eisdem cœlitum nomina affingere. Mirum in modum in huiusmodi salutationes inuehitur magnº ille Doctor, nec æquo animo ferre potest per temulentiam ita animæ detrimentosam ac mortiferam, non solùm hominum, sed etiam Cœlitum honorem defœdari. Acriter etiam S. Hieronymus huiusmodi perstringit, qui postquam in suis commentarijs longam damnorum ebrietatis nomenclaturam texuit pessimam eorum solertiam magnopere detestatur, qua ad geminandos calices, continuoq; orexin proritādam salsamenta potui prę-mandebant, *vt per ipsam salsedinem nimia se possent ebrietate obruere.* *In epist. ad Tit. c. 1.*

O vtinam hi omnes flosculi è SS. Patribus velut è salutaribus viridarijs delibati cantharis certantium nares ita acrimonia sua afficiant, vt in posterum meri odoratio mera fiat nausea. Vtinam verecunduli nostri, qui vt amicorum beneuolentiæ ancillentur sibi su-

æq; rationi non parcẽtes poculorũ immanitate se conficiunt, futilibus illis & superuacaneis excusationibus defungantur. Vtinam deniq; seseEmpedoclis tuerentur exemplo, qui Laertio teste cum solẽni epulo accubaret, vbi conuiuator instabat importunissimè vt propinatum calicem ebiberet, ni mallet suo vertici aspergendum, neutiquam adduci potuit, vt familiarium iniquo imperio obsecundaret: quin potius die insecuto senatum conciuit, & conuiuas iniuriæ sibi factæ insimulauit. Iudices re maturius expẽsa grauiter in conuiuatorem tanquam iniuriæ authorem primarium animaduerterunt, sese etiam tueantur præsertim verò clerici ac sacerdotes, Pontificiâ illâ sanctione, qua sacris hominibus se insignem modiperatorem Christi Vicarius exhibet *in titulo de vita & honestate Clericorum cap. Acrapula: vina si fortia sint, temperent sibi, nec vnus alium incitet ad potandum sed & summè & inuiolabiliter caueant ad haustus potare aequales, cum conueniat complexioni statuitue vnius quod conuenit, aut minus disconuenit alteri.* Hæ Theologi sententiæ tacito cum applausu, omniumque, sed maximè Principis gratificatione exauditę fuerunt, qui subiecit incassum de ebrietate disceptari, si malum sua medela vacaret.

CAPVT

CAPVT II.

1 *Ebrietas malignæ naturæ vitium est: vix vllam curationem admittit.*

2 *Quædam tamen remedia ex apotheca S. Augustini proponuntur*

3 *Lectio distrahat conuiuas à contentione bibendi: ea etiam apud Ethnicos vsurpata.*

4 *Consultum q; fugere conuiuia.*

5 *Longe optimum est animum attendere ad ingentia quæ ex vitio isto proficiscuntur mala.*

6 *Detestandum ebrij facinus qui matri stuprum, patri mortem intulit.*

THEOLOGVS. Vnde porrò, viri nobiles, remedium insanabili morbo conquiră? quod alexipharmacum medeatur adeo malignæ naturæ vitio, vt omnem corporis habitudinem harmoniamq; dissoluat, hepar inflammet, fauces arefaciat? &

Quò plus sunt potæ, plus sitiuntur aquæ.

Quis fons ardorem extinguet, qui cogit Tãtalos istos continuo madore labia rigare, & necessitatis terminos trãsilire? Nõ à me solũ, sed à M. Ambrosio malũ cẽsetur ímedicabile,

& illi persimile quod Deus Moysi patefecit
c. 14. de Elia. execrandum: *Furor draconum vinum eorum, & ira aspidum insanabilis.* Complures à venenato aliorum serpentium morsu sani emersêre, nemo autem eorum, quos pupugit ebrietatis virus, est pristinæ sanitati restitutus. Ita sonat 70. interpretum versio, à qua nostra, quæ sic se habet: *Fel draconum vinum eorum, & venenum aspidum insanabile*, non alio sensu discrepat.

Quamuis verò ad præsens adeò venenum expellendum vix aut nullus aditus pateat, tamen B. Augustinus difficultatis obicem tétat diffringere, & antidotum non insalubre propinat. *Qui se*, inquit, *de hoc malo desiderat*
Ser 231. *liberare: quomodo sibi interuallo dierum potum addendo ad ebrietatis tenebras peruenit, ita paulatim subtrahendo ad sobrietatis lucem redeat. Qui si semel totum quod amplius accipiebat subtraxerit, vbi nimia sitis caperit exardescere cum grandi amaritudine clamat & dicit: malle se mori, quàm sibi bibendi, vel inebriandi consuetudinem tollere, nec attendit quod tolerabilius erat vt in carne mori, quàm in anima per ebrietatem interfici. Et ideo vt nec ardorem nimium patiatur, & de tam graui malo quod patitur liberetur, sicut iam dictum est per interualla dierum sibi aliquid de nimietate potus subtrahat. Quousque ad rationabilem bibendi consuetudinem redeat.* Idem sermone 232. Aliud idem suggerit non inefficax huic malo remedium: *Definiat, inquit, ac deliberet vnusquisque*

apud

apud se ebrietatem graue esse peccatum: & tunc aut nunquam, aut difficile eum ebrietas poterit superare.

Insuper vt ipsa intemperantia solerti aliquâ industriâ fallatur, & remedio mitiori curetur, non erit intempestiuum, imò nec ingratum subsciſiuo dentium exercitio ænigmata vel logogryphos proponere enodandos. Non opus est ex antiquitate Ethnicorũ exempla accersere: sit nobis instar omnium validissimus Sampson, qui contubernalibus suis mensam numerosâ coronâ cingentibus opportunâ vsus intercapedine hoc Sphingis opus dedit euucleandum. *De comedente exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo.* Testatur etiam Lucas c. 14. Seruatorem nostrum opportunè solitum parabolis seu ænigmatibus minus intricatis mensas & conuiuarum mentes distrahere sub quibus documenta moribus rite conformandis saluberrima, aditumque ad cœlum præstruentia latitabant. l. Iud. c. 14.

Si verò quibusdam ingenij tarditas solertiam ad labyrinthæas illas technas dissoluendas denegarit, saltem quàm pro votis meis fieret, si laudabilis illa primorum Christianorum consuetudo reminiscereț; quid dico Christianorũ, imo Ethnicorum. Legatur Plinij liber 19. *Epistola ad Erucium*, eiusdemque tertius Epistol. 5. vbi de auunculo suo hæc tradit: *Mox quasi alio die studebat in cœnæ tempus*

super hanc liber legebatur, admonebatur, & quidem cursim: Seneca mirâ de prædicatione effert Calphisium Sabinum, quòd sese duplici pastu reficeret, quorum alterum manus propriæ porrigerent, alterum vicaria famulorum moratum quidpiam prælegentium lingua ministraret: quin etiam inter epulas si quid mentis palato saperet in pugillares protinus referre consueuit. Si innumerabiles eiusmodi, educere pararem, longius æquo abiret oratio non tacendum tamen ex Cornelio Nepote magni illius Pomponij Attici laudabile institutum: *Totum*, inquit, *mensæ tempus capiebat lectio, vt non minus animo, quàm ventre conuiua delectarentur.* Sed ne ab ethnicis emendicet Christianus, quod Clemente Alexandrino teste sibi affatim in primæuo Ecclesiæ flore suppeditari sentiet? Sua dicēdi acrimonia impetrabat Augustinus, vt mensis longioribus correptis sacræ scripturæ lectio in alearū & chartarum pictarum locū sufficeretur. An vultis Carolo Magno prototypon maius vestris oculis obuersari? ipsi B. Augustinus, & præsertim de ciuitate Dei liber longè magis, quàm Cæsarea fercula sapiebant. Non frustra Canones sacris hominibus id inculcant, *intra mēsam lectio*, quæ si non arrideat cōtinua, variis vltro citroq; sermonibus intercaletur, vel ex ipsa petitis, vel certè pudicis, & ab honestate minimè alienis, priscorū Christianorū instar quos Dei præsētia nō modo à cōtētione bibēdi, sed

l. 7. Tapet.

Sermone quodam in cap. ieiunij.

Eginhartus.

di, sed etiã, vt ait Tertullianus, ab obscœnitate verborum auocabat: *Ita fabulantur, vt qui sciunt Dominum audire.* In Apolog. c. 39.

Aliam viam nobis Spiritus S. innuit, quam si ineamus, certo certius ab iniquo ebrietatis tramite deflectemus: *Noli esse in conuiuijs potatorum, nec in comessationibus eorum.* Et ne eam veluti scabram, difficilem, inutitatam fugiamus, certum est tritam virorum maximorum vestigijs, præsertim verò SS. Ambrosij & Augustini, quos Possidio Calaminæ Episcopo scriptore constat, priuata semper mensa vsos fuisse, nec vllis precibus vnquam ad communem adduci potuisse. Sed næniam, & quidem littoribus cano, si tam amicos, tam vsitatos conuiuantium cœtus proposuero antiquandos: saltem ne inter bibendum grauissima ebrietatis damna nobis animo excidant. Nullum ego alexipharmacum præsentius iudicarim quàm frequenter vehementerque funestos & horrendos eius exitus animo apprehendere. Quis adeo emotæ mentis, qui se vini lenocinijs sinet irretiri, si aculeatissimarũ ægritudinũ myriadẽ sibi incubare prouideat, si perpẽdat temulẽtos corpus simul & animã in mediã malorũ omniũ aciẽ cõijcere, si miserrimũ rationis, facultatũ, honoris, famæ naufragiũ velut in specula cõstitutos, meditetur? ijs iũge pestiferas, & impurissimas feces, adulteria, sacrilegia, incæstus, & quæ pudicæ aures penitus execrãtur. Quid dicã immanitatem, Prou. 20. & 23.

tem tyrannidem, belluinam rabiem, & cędes præ quibus Anthropophagorum, & Brasiliorum facinora inter puerorum crepundia merito censeantur?

Aures animumque attendite ad rem omnium quæ in scriptorum calamum venerint luctuosissimam: cuius causa ingentem concionem virorum, mulierum & puerorum S. Augustinus cõciuit: quibus cõgregatis *accidit*, inquit, *hodie terribilis casus. Ecce enim vt nostis potens erat inter nos opere & sermone præclarissimus ciuis noster Hipponensis Cyrillus & ferè dilectus ab omnibus filium vt scitis habebat, & eum vnicum possidebat, & quia vnicus erat eum superfluè diligebat, & supra Deum, quem cum negligeret corrigere luxuriosè viuendo consumpsit partem bonorum suorum, sed ecce hodie ebrietatem perpessus matrem pragnantem nequiter oppressit, sororem violare voluit, patrem occidit, & duas sorores vulnerauit ad mortem.* Hæc Augustinus, quibus quid luctuosius, quid horribilius dici, excogitarique potest? crines arriguntur, stupent belluæ, natura exhorrescit. Ecce insignes vinolentiæ fructus è radice Sodomitica & emortua verè pullulantes. Vsque num, credo, tangit animos vestros memoria eorum, quæ collegæ mei non minus eruditè, quàm eleganter toto hoc decursu de miserandis eiusmodi euentibus edisseruêre; quocirca pluribus supersedebo.

Serm. 33. ad fratres in Eremo.

Satis ex frõte Principis politicus perspexit si-

bi

bi rursus pedem in hoc postremo congressu esse conferendum. Itaq; pro sua humanitate statim assurgens, quamuis è sua apothecia nonnulla remedia iam ante deprompserat, noua adijcere non est grauatus.

CAPVT III.

1 *Seuera in ebrios animaduersio optimum remedium.*

2 *Quo usa est antiquitas.*

3 *Propter hominum intemperantiam non sunt radicitus excidendæ vites.*

4 *Non insulsè aut cum supercilio, sed festiuè & humaniter declinanda prouocatio est.*

5 *Iucundis vltro citroque sermonibus recreandus ad mensam animus.*

POLITICVS. Semper existimaui luem adeo in Reip. viscera grassantem, nonnisi pœnarum metu, & seueriss imo legũ supercilio esse amoliendam: nunquam, mihi credite, illa mollities animorum, illa intemperantis gulæ cupiditas sanari poterit, ni egregio suppliciorũ cauterio inuratur. Si qua in ciuitate, si qua in Rep. si quo in regno hæc bellua incipiat diuagari, extéplo parẽtur vincula

cula, frœni inijciantur, & quod Ecclesiasticus innuit, *Cibaria & virga, & onus asino, panis & disciplina & opus seruo*: item, *seruo maleuolo tortura & compedes*. Non enim turpiorem seruitutem seruit, quàm qui belluinis affectibus obsecundat: ab illa Carolus verè magnus pugnans & enitens milites suos eximere, tandem in castra vetuit, vinum comportari, & quicunque illud potasse deprehenderetur, nulla ei in posterum facultas de cado, sed solùm de profluente fiebat hauriendi. Non fuit satis Romanis senatores meribibulos censoriâ notâ propalam castigasse, nisi etiam ab officio simul dimouerent, existimarunt enim planè indecorum voluptatis & cupiditatum suarum administros Reip. gubernaculis admouere, & publica negotia gerere eũ, qui in priuatis ita fœdè hallucinaretur. Operæpretium, credo, fecero, si Corinthiorum consuetudinem lege vsitatissima firmatam eijsdem, quibus ab Erasmo Athenæum latinè reddente describitur, verbis recitauero:

c.32.v.25.

Hoc lege cautum est hic apud Corinthios
Si quempiam obsonare semper splendidè.
Videmus hunc rogamus vnde viuat, &
Quid faciat operis: Si facultates habet,
Vt reditus harum soluere expensas queat,
Perpetimur illum perfrui bonis suis:
Si forte sumptus superat ea, quæ possidet,
Prohibemus huic ne faciat hoc in posterum.

Ni

Ni pereat, iamplectitur mulcta graui.
Sin sumptuosè viuit is, qui nil habet,
Tradunt eum tortoribus. Proh Hercules,
Nec enim licet vitam absque malo vllo degere,
Talem scias, sed est necesse aut noctibus
Abigere prædam, aut fodere muros adium,
Aut hac patrantem iungier commercio,
Aut in foro agere sycophantam, aut perfidum
Præbere testem. Nos genus hoc mortalium
Eiicimus hac ex vrbe velut purgamina.

Aemulamini, æmulamini, viri principes, Christiani magistratus: *æmulamini charismata, meliora.* En Corinthij Ethnici politiam normamque insignem vestris postibus affigunt intuendam, et flagitant quodammodo vt in posterum tantas impunitati habenas minimè laxetis, infame & perniciosissimum malum à curia vestra, à senatu, à familijs, ab aris atq; focis reijciatis. Ecquod porro damnum, aut quod non potius commodum rebus communibus accederet, si principes zelo, & communis salutis ardore incensi infensissimum bellum pestifero huic monstro indicarent, si nobilitatis insignibus eos, qui ratione quotidie obruta ne generositatis micam retinere possunt, exuerent, si plebeis nummatioribus insigni mulcta crumenam emungerent, si denique ab egenorum cute intemperantiæ suæ pœnas reposcerent? Atque hæc Politicus, cuius sermonem excepit Philosophus moralis.

Vulgare

Vulgate, inquit, dictum est, at verissimum nihil surdius, absurdiusq; homine, qui sanis monitionibus obsurdescit, nec ægriorem vllum, quàm qui curari renuit: quamuis hoc malo laborent ebriosi, tamen eos accedemus, & si medicam nostram manum à suis faucibus reijciant, saltem hoc erit solatio nos, quod opis nostræ erat, in damnosissimam humano generi pestem contulisse. Atq; vt de benignitatis meæ fonte præguſtent, non author sim ego, vt Lycurgi Thraciæ Regis salutare decretum nostras in oras deriuetur: vites ille non amputari solùm, sed tanquam pessimarum voluptatum conciliatrices exterminari mandauit.

Fertur Carolus Nonus Galliæ Rex pariter ad eas eradicandas concilium amplissimũ conciuisse, causatus à vino sibi alijsq; moueri bilem, sensus valetudinemq; non mediocriter debilitari, præsertim verò, quod cum ea tempestate summa esset annonæ caritas, si agri vitibus vacui sementem exciperent, fore vt frumentum longè magis humanis vsibus deseruiens communibus necessitatibus subueniret: deinde è re totius regni esse, si à contentionibus, duellis, cædibus, adulterijs, scortationibus cæterisque vitijs, quibus per vinum scatet, immune redderetur: denique plebem fore valentiorem, morbis minus obnoxiam, ad studia, ad arma paratiorem, & quod in omni Rep. potissimum est cauendum

dum ad factiones & tumultus ciendos nō ita pronam: quando non ex obscuris inditijs animaduerteret eas prouincias quò vini fertiliores, eò cædium esse feraciores. En profecto rationes apud quosuis sapientes non mediocre pondus habituras. Sed quid? eas eleuauit quispiam hæc in aurem lepidè insusurrans: Rex si vitem extirpas, tibi conuasandum erit, aliudque regnum emendicandum: Nunquam enim tot tibi hostes ac perduelles è nouellæ Religionis cœtibus, quàm è cadentibus popinis pullulabunt: ludicro isto epiphonemate in risum abijt difficultas, & Francia ferrum exitiumque à vitibus suis auertit.

Dura siquidem ista hæc remedia: mallem Anacharsis philosophi consilium inualescere qui rogatus medelam fugiendæ ebrietati salutarem, si semper, inquit, ob mentis oculos ebriorum insolentias, ineptissimas gesticulationes, & impuritates habeas te non ægrè ab ea continebis Plutarchus *de regulis sanitatis* præclarè monet dum in orbem ducuntur soteria, animi vires contorquendas esse armandumque pectus aduersus insanum illum pudorem, qui causa est cur importunis cōpotorum instigationibus manus ignauissimè cedamus, ad remque suam refert Creontis Regis nobile responsum: *Euripi. in Trag.*

Displiceam potius modico pro tempore amicis,
Ne diu pœniteat complacuisse malis.

Nonne planè stupidus es ac hebes, ait, qui tibi phrenesin ac pleuretidem accersis, ne forsan inurbanus videare, qui nó alia sagacitate & industria cõuiuarũ animos recreare vales, quàm te fædè ingurgitando: imo si non insulsè sed festiuo quodam artificio grandiora pocula declinaueris, non minus prouocatori, quàm ea exinaniendo facies satis. Quidni etiam ipsemet conuiuator, si quandoque valetudinis suę rationibus victum admetiens frugalius vescatur, & interea exquisitarum suarum epularum prodigus cæteros faceto vultu, facetiori sermone detinuerit, decuplo magis possit exhilarare, quàm si cellam suam omnem, se alioqúe ad pergræcandum exstimulando euacuaret? sit omnibus propudiosa Alexandri licentia exemplo, aut potius terriculamento, qui etsi iam satur intempestiuam Medij ducis inuitationem deuitare erubescẽs vino disrumpi maluit, quàm compotationis legem non ad amusim explere. Non verò pigeat Callistenis prudentem constantiam, aut potius constantem prudentiam æmulari: fuit hic aliquando Alexandro tam in oculis & amoribus, quàm postea in fœno & cornibus, nec aliam ob causam, nisi quia insanas deuitaret eius comessationes identidem: & quódam Herculeanus ille crater conuiuas circumiens ad eũ deuoluebatur, sed repulit, nec vnquã adduci potuit, vt propinãtibus respõderet: malo, inquiens, Alexãdri-

drinum morem fugere, quàm mortẽ nõ euitare; ita nempe animus aduersus eorum, qui nescio quod ius & rationem prętexũt, insolẽtiam offirmandus, confidentissimè dicendũ, non volo tibi, amice, tuisque rationibus adstipulari, & mihi meęq; rationi iniquus esse, non volo ita, in meo corio ludatur, vt diffractum vix ab Aesculapio possit resarciri.

Quando tandẽ aduersus instigatores illos obdurabimus nisi tum cum euidentissima animæ, corporis, fortunarum dimicatio aditur? tune verecunderis cum amici tui (hostes verius dixerim) omnia hæc & tanta bona deprædari, & pessima quæque ementitâ honestatis specie intentare non verentur: toto Marte & arte pugnandum est in temeritatem & impudentiam illam, quâ nos ad spurcum facinus, indecorum, & conscientiæ aduersum instigare moliuntur.

Aliud instillat Plutarchus documentum, quo putat bibacitatem optimè compesci, si ad lectionem aliquam attendamus animum, vel si ij sermones vltro citroque misceantur, qui cùm honestate & fructu illicem quandam suauitatem coniunctam habeant, & ab auida vini ciborumque ingluuie auocantes sensim ad iucundiorem mentis pastum transferant. Nam, si Schyta quispiam potando, arcus sui neruum identidem plectit, quo animum alioquin mero mollescentem

centem seseque remittentem excitet : nonne æquum est Græcum hominem (Christianum verius dixisset) inter cœnandum effrænatas suas cupiditates iucunda aliqua lectione cohibere, & in tam laudabili exercitio hominũ ludibria minimè subuereri. Huiusmodi autẽ colloquia non inuitè, nec obtorto, vt aiunt, collo in mensam inducenda, sed apertis quodammodo candidæ naturæ venis fluere debent: quare procul absint scabræ & reconditæ quæstiones. namque vti palmę vertex ori quidem sapidissimus est, at capiti dolores creat: ita disputationes spinosæ ac subtiles etiamsi mensam argutijs suis veluti exotico condimento afficiant, non mediocre tamen vertici negotium facessunt. Totiam rerum physicarum disquisitiones in lucem prodiére, in quibus discutiendis nulla esset difficultas: tot etiam insignes extant historię, quę ad morum conformationem appositissimè narrarẽtur. Non dubito quin plerisque saperent huiusmodi bellaria & quasi sapientis gulæ irritamenta. Philosophum excepit Medicus, quẽ anhelabant omnes sperantes fore, vt à cuius arte ebrietatis remedia non procul abessent, faceta simul & frugifera ministraret.

CAPVT

CAPVT IV.

1 *Fastidium vini succus palmitis, & ua noctuæ &c. inducunt.*
2 *Amara in primis amygdala*
3 *Alia quædam magis vulgaria.*
4 *Vinum diu antequam bibatur diluendum.*
5 *Diuersa argumenta, quibus dignoscatur sit nec ne vinum dilutum.*

MEDICVS. Non solùm, Auditores, mens est ea remedia, quæ temulentiã præuertant, aut iam admissam aurâ ocyus expellant, palam facere, sed insuper ea conquiro, quæ animis & corporibus ipsius vini odiũ concilient plus quàm viperinum: non equidem illa vobis tanquam certissimo experimento cognita venditabo: sed cum passim apud diuersos authores iam à quadruplici annorum decade, quibus in hoc curriculo versari me contigit, varia didicerim, spero non sine pondere, quę dicturus sum in animos vestros illapsura. Ardentine igitur quispiã vini desiderio æstuat? Liber dictus Geoponicõ laticem propinat è vitibus, postquam sarmẽtis sylvescentes putatæ fuerint, stillantem, qui epotatus vim illud restinguẽdi habeat incredibi- l. 7. c. 32.

dibilem: eundem exitum authore Plinio, qui per triduum oua noctuæ mero madentia deglutierit, consequetur, imò ait, si poculo tuo barbatulũ piscẽ aut binas anguillas admiscueris, nauseã illius cõcipies immortalẽ. Nõ minori virtute pollet, Alberto Magno teste *l.* 2. *animalium*, stercus leoninum meracissimo maceratum. Nescio quo supercilio apud Vtruuium & Ouidium Clotorius ille fons in Arcadia liquores alios omnes respuat, & nullum à suo ne vini quidẽ potũ velit admittere: quin etiam apud Eudoxum alius nullum odorem bacchicum naribus afflari patiatur. Solemne olim fuit Aegyptijs pharmaca & species aromaticas luto testaceo compinsere & quæ ex eo fingebantur pocula vino quidem bonum odorem inhalabant; at simul etiam inebriandi vim Amethysti instar suffurabantur. Voluit nostro æuo Germanus quispiam id artificij alio suo referre: nescio vtrum exitus voto responderit: contere, ait, brassicas, & in puluerem redige: pariterque rostra hirũdinum, quibus myrrham eodem modo comminutam iunges vnamq; massam cum argilla componito quæcunque inde vasa & cyathi exibunt, bibentem haud dubiè ab immodicis expirationibus tuebuntur.

l. 32. c. 10.

l. 8. c. 4.

Exploratum dedit Medicus quispiam Druso Tiberij filio maxima necessitudine cõiunctus amygdala, virtute non absimili esse prædita: quippe cum diu cantharis vnà cum pri-

primarijs helluonibus seruasset, semperque victor extitisset, obseruatum est tandem eum quotiescunque in arenam esset descensurus quinque amygdala quanto amarissima præmandere, quibus quondam ingenioso dolo frustratus vinolentiæ manus caputque cesit. Videor videre vos quodammodo rescire gestientes, num ratione quapiam huiusmodi virtutem ijs innatam firmari possit: ita sanè, nec vna quidé. Nam cum amygdalis quædam insit facultas mordicandi, carnemque abstergendi (siquidem lenticulas fœdioresque faciei notas emaculant) haud temerè conijcere possumus ea si potui præmittãtur, poros ac minutiores sinus suo amarore quasi morsu arrodere, viáq; struere per quã expirationes euaporẽt, nõ verò in caput sæuiant. Liquet etiamè grauissimis authoribus ab eo quod amarum est, attenuari humores & consumi & tanquam à gustatus hoste inimicissimo linguæ venulas stringi comprimique, cũ eæ tamen natura sua sint molles, raræ, spongiosæ: item illud habere locum in vulneribus alligandis antiquus poëta cecinit:

Vt Paon vulnus radice subegit amara,
Clauditur, hincque stupet sanguis & ipse dolor.

Quidni igitur credibile sit ab eiusmodi amygdalis vini acrimoniam retundi posse, & cum nonnulli ex oppletis, protensis, commotisque venis temulentiam oriri velint, hæc omnia incommoda eorum efficacitate arceri? argumento sit etiam, quod in vulpis

admissa ventriculum, ita eum exluccum reddant, vt nisi illico è potu refrigerationem sibi quærat bellua, præsentissimum vitæ discrimen sit aditura. Non minus conferunt persica, aut succus ex eorum foliis expressus, itẽ absinthium & moschocaryon. Magnum nonnulli aduersus ebrietatem præsidium ex oliui potu persentiscunt, cum enim aluum soluat, vreteres seu canales, per quos in vesicam corriuatur vrina, referet, fit vt vinum hereat nusquam, sed veluti per leuigatum tubũ facillimè præterlabatur, ni forsan ventriculus cibo prægrauetur: quicunq; enim potoriam, palæstram constanti marte sustinere voluerit sobrius sit necesse est. Nec inutiliter quis fecerit, si bolum panis melle, quod vini vim eneruat, & acriores fumos supprimit, delibutũ deglutierit. Non solum nostras, sed antiquorum compotorum popinas olet hoc remedium. Colligit ex Aristeneto Plutarchus virtutem hanc melli mulsoq; à summa dulcedine inditam esse: magis Aristoteli placet à mulsi grauitate, quâ ventriculus ex multis expirationibus à substantia vini aquea procreatis soluitur, rationem arcessere: quodlibet enim merum non merum putumque est, quin primo substantiæ aqueę indiuiduum consortium admittat, ab eaq; nonnihil infirmetur, illaque sensim depereunte magis inualescat: ita Aristoteles, ita Plutarchus, quos minimè dissentire applicita sensij iudicij lima æstimarim.

Magna

Magna sēper fuit non solū nostro, at Plinij & Theophrasti æuo lurconū istorū solertia: nouerant tantam pumicis farinæ refrigerandi virtutem insitam esse, vt ad poculorum concertationem descendentes eiusmodi iacto fūdamento ingentem Bacchi molem superstruere non vererentur: mustum enim quantumuis ebulliens ex ingesto puluere actutum deferueat necesse est.

Verùm ab ijs remedijs, quæ sæpius cum vitæ dimicatione adeuntur recedamus. Nobis magis in promptu, magisque à periculo remotæ sunt brassicæ: non incassum Aegyptij, qui ptopter insanum vini amorem à Dione Academico φιλοινοι nuncupabantur, eas elixas priori mensæ ferculo, quo diutius agonē bacchicum ferre possent miscuêre forsan palmam retulisset Marcus Cato, namque crudis & aceto maceratis vescebatur: scilicet è Theophrasto didicerat tantum brassicam inter & vitem disidium & ἀντιπαθὶν intercedere, vt neutiquam commune in agris domicilium ferre sustineant, sed quodammodo à se inuicem discedere aut emarcescere videantur. Cùm verò multa sint genera brassicarum, tum rubidiores huic instituto conuenientissimas iudicarim.

Est & aliud, quod à vinorum mixtura tēperandum monet sat quidem ijs cognitum, qui Bacchi laurea donantur, aut potius hedera: sed quia forte nondum causam ipsam sunt

rimati, dicam lubens quod sentio. Certum est potantem tum primùm vino confici, cùm ei concoquendo natiuæ vires non sunt satis: quis autem nescit liquorum bacchicorum communionem cum illo naturæ beneficio pugnare vel maximè, nec secus ac in cibis fieri, quorum varietas & multiplicitas concoctionē remoratur & multarū cruditatū parens est fœcundissima, cum è contra simplicia puraque alimenta vix vllum negotiū stomacho facessāt. Hisce addā breuiter quod Constantinus 4. cognomento Pogonatus lōgo vsu frequentauit: modò pulmonem capræ tostum apponi sibi mandabat, modò caput coronâ è scabris chamæpytios frondibus contextâ redimiri, modò ad primum haustum hunc Homericum versum pronūtiari:

Τοῖς δ' ἀπ' ἰδαίων ὀρέων κτύπε μητίετα Ζεύς

Iuppiter hic alta sonuit clementer ab Ida.

O stolidam imaginationem ne dicam insaniam!

Sed quid? anne quod maximè parabile est maximeq; vini acrimoniam retundit, missum faciamus? minimè verò: innumeræ siquidem nationes mihi reclamarent, quæ etsi Liberi munerib amplius quàm satis est abundent, & pro libitu vtantur, tamen ne caput infestent, liberaliter aqua diluere non verentur: quibus author sim, ne liquores diuersi in vnū coeuntes concoctioni per contrariā qualitatē aliquam aduersentur, vt hęc admistio duabus horis

horis circiter potum anticipet. Non me fugit Plutarchum tempus opportunum & mediocritatem in bibendo seruandam illius mixturæ loco reponere, & si quis forsan ab ebriacis Liberi cornibus sibi metuat, puram vt præbibat suadere: verùm ad iustã illius temporis & mensuræ normam potus sui rationes posse exigere difficillimum iudicârim.

Sed nonnemo etiam difficillimum iudicabit eam diluendi consuetudinem in amicorum benignè lauteque conuiuantium mensas secum inducere: nequaquam profectò, facilè huic difficultati obuiãieris, si vel famuũ aliquo munusculo deuinxeris, qui tibi pro solita sua industria cyathũ vtroq; latice clã tẽperatum ministret, tũ præsertim cùm iam clamores insurgunt, cepitq; ratio lunæ concauum ingredi; vel si, dum res domi tuæ agitur, iusseris ante mensam poculum aliquod bene perfusum seponi, de quo tibi peculiariter infũdatur. Noui duos sobrietatis laude hoc facinore, vt & alijs, præstantes. Iussi erãt à comite quopiã opiparo epulo nobiles aliquot aduenas excipere, proq; heri sui dignitate tractare. Rẽ ingeniosè acuteq; peragũt: alter rutilo quodã medicamẽto aquã imbuit, vinoq; puro simillimã efficit: alter hydromeli cõficit canarici colorẽ apprimè referẽs: & interea dum hospites de meracissimo propinant, ipsi de factitio respõdẽt audacissimè, itaq; hero fecêre satis, & egregij potatoris nomen sibi comparârunt. Sed

Rara auis in terris nigroq; simillima cygno,
quotus quisque est, qui illud aquæ connubium admittat: quin potius iam nonnulli temulentorum antesignani nescio quibus vestigijs in illius mixturæ notitiam deueniunt, & si dilutum deprehendant, vociferantur, peierant, hospitum perfidiam execrantur.

Cumque cunctis pruriret animus, magnaque cupiditas incesseret hęc mysteria cognoscendi, adiecit Medicus, experimento sit pomum syluestre, aut pyrum aut locustam aut cicadam cyatho immergere, & si quodlibet illorum supernatet, purum esse cogita, si imum petat, esse dilutum. Alterum erit arundinem vel ligni frustum vel fœni quidpiam, vel palmitem oleo imbuere, quo absterso, vino intinges, & quàm citissimè prodes fuisse adulteratum, si guttæ aqueæ illis adhærescant. Præterea merum, de cuius sinceritate inciderit dubitatio, in testam recentiorem è loco editiore suspensam infundito non aqua sic latere poterit, quin extus sensimq; èvase stillet. Calx etiam mero indita vel dissoluetur, si mixtum sit; vel si putum magis constipabitur, & indurescet. Postremo facilè arguetur aqua, si in oleum ebulliens illud iniecceris, tum enim acrius bullæ crepitantes, & quasi suæ hosti obstrepentes, insurgent. Ecce quod hominum excogitauit solertia: sed ea non contenti ebriosi nostri, aliam insuper comminiscuntur: liquatum allumen in

cados

cados instillant; orificioq; superiori spongia oleo insigniter perluta obturato identidem reuoluunt, donec tandem aqua omnis exprimatur.

CAPVT V.

1 *In eos, qui vomunt, vt sese iterum expleant, & quàm noxiæ sint vomitiones istæ.*

2 *Remedia ad ebrietatem fugandam.*

3 *Falsa ebriorum remedia, qui temulentiam aliam aliâ expellunt.*

4 *Errant etiam, qui purgationibus & clysteris ad id vtuntur.*

MEDICVS. Conquirunt alij ex officina spiritus sancti, atq; etiam complurium medicorum id remedij: *si coactus fueris,* ait Ecclesiasticus, *in edendo multum* (idem in bibendo coniice) *surge è medio, euome, & refrigerabit te, & non adduces corpori tuo infirmitatem:* & sane salutiferum est, & forsan laudabile, si eque laudabili exitu clauderetur: præstat enim ad huiusmodi vomitionē quāuis indecorā cōfugere, quā merū in stomacho sepultum asseruando permittere, vt expirationes eius ac fumi in cerebrum inhalent, & rationis vsum disperdant. Non potuit illa consue-

c. 31. v. 35.

tudo;

tudo quod in finem iniquissimum collineet Plinij calculo comprobari: *Videas*, inquit *anhelos ingentia vasa corripere, velut ad ostentationem virium, ac plenè infundere, vt statim euomant, rursusq; hauriunt, idq; iterum tertioq; tanquam ad perdenda vina geniti, & tanquam illa effundi non possint, nisi per humanum corpus: bibunt vt vomant, vomũt vt bibãt.* Quid in rerũ natura immoderatius, quid à recto deuium magis? Non illa cibi potusque rationes sic instituit, vt istorũ comessatorũ more è viscerib⁹ quasi hospitij iure fœdato proiectarentur, sed vt animalis corpori adhærescerent, & quasi vnum cum ipso fierent. Videntur mihi secum tacitè quodammodo disceptare an ingerendo, an egerendo sibi sint maiorem voluptatẽ procreaturi: at subit à nouâ sarcinâ ventriculo superaddita fastidiosam satietatem ingenerari; ergo fixum est identidem esse deonerandum, vt sic nunquam desint gulæ suæ libidinis irritamenta.

Quàm proterua, quàm malesana hęc cupiditas? Quæ bellua ita se vnquam extrà natiui appetitus alueum effudit? nouit illa probius valetudini suę consulere, & ingentia, quæ ipsi subeunt incommoda declinare. Vomitiones illæ si frequentiores mirum in modum nec minus quàm medicæ purgationes compagem corporis interiorem concutiunt & exulcerãt, caninam quandam famem cient ac insaturabilẽ, quę nouo semper comeatui inhiat, neq;

ad

ad modum appetentiæ naturalis, quæ pro neceſsitatis ſuæ modulo acquieſcit, & plurimũ recreatur, ſed voluptatis irrequietę explendę gratia: concedamus aliquam ineſſe titillationem, ſed mancam, ſed abortiuam, ſed ſemper cum aliqua pulſus incitatione, cum oppilationibus, torminibus, cum alui eluuionũ turba coniunctam. Attamen ſi quando per imprudentiam, aut coactè plus ęquo biberit volueritq; expellere quod ventriculi olla nequaquam aut ægrè coqueret, id quàm ſuauiſsimè peragat: non pharmacis triciſque ſimilibus, quæ internam familiam peruertunt, vtendo: quemadmodum enim lintea, quæ ſapone, cineribus lixiuioue emundari ſolent, citius teruntur, quàm quæ fontana ſolummodo eluuntur: haud ſecus vomitiones illæ medicamentis excitæ magis noxiæ ſunt magiſque corporis habitudinem deprauant.

Verùm (vt ad alterum è propoſitis deſcendat oratio) fumis præſertim eſt medendũ, quos in verticem ebrietas expirat. Vultis quod eos extenuet, expellatue? Conſtantinus, cuius modò meminimus, aiebat, ſolui temulentiam, vel aceti potu ſuperfuſo, vel placẽtarũ mellitarũ, braſsicarũ, aut liborum eſu: aſt ego pomis ſucci plenis, aureis, Heſperijs, Perſicis, ceraſis, cornis, omphacio, & ſimilibus quæ refrigerandi & mordicandi facultate pollent, non ſolùm temulentiam

ſoluerem

ſoluerem, at etiam grauedinem capitis, omneſque pridianæ crapulæ reliquias profligarem. Cõpertum habeo, viri nobiles, poſtrema hæc antidota principibus, ductoribus, præſidibus, magiſtratibus, viris conſilijs à Iudicibus, Medicis, Aduocatis, & huiuſmodi, qui nonniſi cum proximorum offendiculo, magnoque negotiorum diſpendio ſe mollibus Lyæi laqueis irretiri patiuntur, vel plurimum conducere: namque rationis vſum in promptu reuehet, & ſi quid moræ impatiens neceſſariam viri induſtriam vrgeat, actutum dabunt expediri.

Noui noui alia duo remedia ab ebrioſis, non tam ad tollendam, quàm ad confirmãdam temulentiam inſtituta: medicamentum è pilo belluæ, à qua demorſi fuerint, ſuadent eſſe conficiendum. 1. vinum vino expellendum, ebrietatem alia ebrietate ſubmergendam. Itaque etſi in ſtomacho cruditates, in capite grauedinem aut vertiginem, in pectore nauſeabundam ſatietatem perſentiſcãt: nihilominus pocula auidius, quàm prius arripiunt, corpus improbè defatigatum, & ad ſobrietatem inclinans ad comeſſatorum ſocietatem trahunt ſuo freti adagio:

Cuius dens nocuit ſit medicina pilus.

Bœotic⁹ plane & inſanus error, ab omni arte medica, à natura, à ratione abhorrens vbi de communi victu quidpiam eſſet detrahendũ, vini potus pro tempore ſubducendus: ecce

contra

contra iteratus vi sua acriore efficit, vt tormina à priore crapula excitata augeantur, & recrudescant, atque etiam læsa intestina exulcerentur magis Quanto melius commodaret quidpiam refrigeratorium, minimeque pugnax humor, nec vino similis, quod in ventriculo tumultuatur, ægritudinis exordia promouet, & inpræter solitum male affecto corpori pituitam commouet, choleram, sanguinem, cunctaque peruertit.

Errant etiam qui purgationibus, catapotijs, clysterijs, & huiusmodi machinis farciminum expultricibus vtuntur: veterana scilicet voluptatum præsidia emittunt, vt noua accersant, nauarchos æmulantes, qui credunt onerarias suas nunquam sufficienti mercium pondere grauatas, & sentinam continuò refluam exhauriunt.

(.?.)

CAPVT VI.

1 *Medicamentis niſi magna vigeat neceſsitas non vtendum.*
2 *Medicina ars incerta.*
3 *In medicos qui ſua præſcribunt leuiter explorato ægri morbo*
4 *De fraudibus iniquorum Pharmacopœorum.*
5 *Medicũ oportet ægro rectam victus normam præſcribere.*

ET quonãi(ita proſecutus dicitur Medicus)me tã benignè dicentã auditis (viri nobiliſsimi) retegam vobis quidpiam in Medicorum academijs reconditiſsimum, quodq; oportet,ni velint mirum languorem crumenas ſuas laceſſere, à vulgi ſenſu eſſe remotiſsimum. Nulla,mihi credite, niſi magna vrgeat neceſsitas, vobis cum medicamentis familiaritas intercedat: procul à familijs veſtris medicamenta, procul à liberis, procul à famulis. Neſcitis quod malum pharmaca illa relaxãtia,aluo,inteſtinis,& natiuo vigori cudãt. Feces corporis& õnia ſuperuacanea expellere ſatagitis,attamẽ nouus peior priore accedit cumul⁹. Neſcitis purgationes illas, quę ebrioſis& comeſſatorib⁹ prę ſcribũtur

tur (quod ijs acrioribus opus sit) non sine virulenta aliqua mixtura coaptari, quamuis illa pharmacorum aliorum consortio mitigetur ac corrigatur.

Quanto consultius sibi illi student, qui stomachum profusis compotationibus depraua tum austeriore inediâ releuãt ac resarciunt, quàm parabile iliud remedium, quàm conducibile. Sed quandoq; pertinax malum relaxamentis decet protrudere: ne tum è vestigio ad officinas conuola: non desunt herbulæ in horto, quæ relaxandi munus suauissimè obibunt: & si adhuc aluus obcaluerit, seueriorem abstinentiam aut saltem clysteria istis naturæ tormentis præoptato. Adstipulatur mihi, cui sæculum nostrum primas tribuit Fernelius: *Nulla*, inquit, *medicamentis cum corporis partibus affinitas intercedit, imò contra odio penitus insito tacitisq; discordijs plurimum inter se dissident natura prorsus infensa*, & stomacho, qui primus eorum violentiam persentiscit. At vide dete quo loco ea reponat libro secundo de abditis rerum causis differens: virus inter & alimenta vult medium tenere: quod neque vt hæc adiuuentur corpori: neq; omnino illud peruertant, vti virus: impensè tamen noceant, si nihil operentur ac repurgent.

Defunctionis & humoris.

L. 3. Methodi med. c. 14.

Præterea tutumne sit intestinam suam familiam eorum fidei & curæ committere, qui solum arte incerta & *coniecturali* præstare dicuntur? quibus ille poëta certiorem multo pecudibus medelam tribuens sic illudit:

L. de cur. per sang. miss.

Omnia certa canit medicorum pagina, ad ægrum
Vt ventum est, certi nil minus esse potest.

Nititur quidem suis axiomatis, theorematisque ratis ac firmissimis: at penitissimos illos recessus stomachi penetrare posse, ancipites dijudicare exitus, vix datur humanis ingenijs: ingenuè fatetur Galenus diuinare, & scitè conijcere præclarissima esse medicæ artis monumenta: nouit probè male affecto stomacho medicinam propinandam, quæ vel choleram, vel melancholiam vel pituitam soluat ac repurget, sed *quantitas*, ait Galenus, *nec dici, nec scribi, nec omnino percipi potest.*

L. 3. Ther. metho. c. 3.

Si tam breuibus cancellis medicorum experientissimorum scientia definiatur: quæ nobis de imperitis, & qui academias solùm pede vix animo frequentarunt, erit existimatio? perpendant illi quam prouinciam cõfidentissimè susceperunt, non perfunctoriè esse obeundam, nõrint morborum originem abditissimam, & exteriora indicia sæpissimè fallere: caueant *quid pro quo* præscribere frigida pro calidis sufficiendo, sanguinem, cuius forsan inopia laborat æger, prodigendo, lautitiam indulgendo, vbi inedia quadraret.

Bone Deus, quàm accuratè, quàm lynceo oculo

oculo explorandus ægri morbus, quàm meditatè tempus expendendum, ætas, indoles, corporis habitudo, signa externa prius quam sanum feratur iudicium, hancq; probatissimam Ferneli mẽtem assequantur: *Si obscurior,* inquit, *morbi species nondum tibi cognita perspectaq; est, huic ne properes remedia adhibere, sed rem totam naturæ committo. Nam proba viuendi ratione adiuta & innixa, aut morborum profligabit, aut patefaciet, & foras aperiet. Incerta quippe medicatio & irrita non sine dispendio decernitur. Si quid forte experiri cogeris, leue id esto, nẽ fiat in re ancipiti tactura grauis, hoc enim est, vt aiunt, ludere in corio alieno.* L. 1. meth. med. c. 3.

Verùm faciamus penes te esse medicos numeris omnibus absolutos, qualesq; depingit ille vates:

Gens quæ Phœbæis placet irradiata medelis,
Sed magè diuino tacta timore placet.
Gens quæ tela necis, pestisq; venena retundit,
Molis & humanæ est facta secunda manus.
Quæ ni corporeis mentem religaret habenis,
Illa diu comitem deseruisse volet.

Faciamus, inquam, tales esse Medicos: quis Pharmacopæorum fidei (probos excipio) se totum audiat committere? quis certò pharmacorum mixturam omnino salutarem asseueret? sint illa forsan annosa, euanida, depraua ta, quam porrò medelam conferent? cedo ipsos medicamentorum ignauiam acuere aliquot granis diagredij, antimonij vel colocynthidos,

thidos, quę quidem proritant vim expultricẽ ad prouidè humores quâ vtiles, quâ inutiles egerendos, verùm ad mali radicem, non pertingũt quam aliàs genuina medicina extirpasset. Non est quod hîc fugillem eos, qui sua pharmaca adulterant, paluſtre acorum, fictitiumq; balsamum &c. propinant: magistratus est huiusmodi lustratis officinis sõtes plectere, nec sinere impunè suorum conciuiũ sanctitatem ludificari.

Non potuit hic Princeps, quin incredibile gaudium testificaretur sibi ex hoc Medici cõsilio accessisse: siquidem anteactam vitam tot medicamentis fatigarat: iam verò longè faciliorem valetudinis fouendæ rationem affulsisse lætabatur.

Quod affero, ratum confidenter habe. Prĩceps nobilisime (ita Medicus) tanquam aliquid artis medicæ rationibus congruentissimum, cuius pars princeps θεραπευτικὴ nũcupata tres quidem partes complectitur, sed primam, quæ διαιτητικὴ dicitur & curandis morbis inediam pręstituit, atq; etiam exercitijs, somno, vigilijs modum ponit, veluti sincerissimam sanitatis custodem proponit, sine qua reliquæ φαρμακευτικὴ & χειρουργικὴ vix vnquam felices exitus consequantur. Sit mihi testis amplissimus Hippocrates, sit Galenus, qui modicum errorẽ in ratione victus morbis acutis præscribenda admissũ sæpenumero damni irreparabilis, & necis causam esse asserunt.

runt. Interea medici nostri victus regimen in postremis habentes longa *Recipe* exarant aut potius *Decipe* è nescio quot miscellaneis conflatum, quæ ex oris remotissimis accersiuerint, & virtute pollere quanto maximâ deprædicant: istos Pliniano ludibrio exponamus: *Postea*, inquit, *fraudes hominum & inuenio-rum captura officinas inuenêre istas, in quibus sua cuiq; homini venalis præmittitur vita statim compositiones & misturæ inexplicabiles decantantur, Arabia atq; India in medio æstimantur, vlceriq; paruo medicina è rubro mari importatur, cum remedia vera, pauperrimus quisq; cœnet.* L. 24. c. 1.

Ecce vt fugienda censet illa, cùm optima in agris, syluis, pratis, viridarijs minimo labore, non aureo pondere comparentur.

Ita Medicus, qui longam dicendi moram causatus, & aliquod affectæ valetudinis incõmodum, sibi facultatem riuos claudendi petijt: cui haud grauatè annuit Princeps: innuitque Historico, vt hisce remedijs coronidem imponeret.

CAPVT VII.

1 *Musica & vini calorem & bibendi cupiditatem suo delinimento compescit.*

2 *Prodest item hedera & corollæ florum circumplexæ capiti.*

3 *Adagium est ter bibe vel quinquies, non quater, quid hoc?*

4 *Inuitare in orbem magnis pateris ad sotericos haustus nos olim in cõuiuijs.*

5 *Expenditur & damnatur.*

HISTORICVS. Dùm reputo, viri nobiles, collegas meos, quos iã summa attentione vestra decorastis multa ab instituto & professione mea fuisse mutuatos: gaudeo in hoc eodem campo breuiorem mihi cursum esse conficiendum: gaudeo à mea facultate tantis Doctoribus locupletem materiam, & quasi insignes phaleras potuisse cõquiri. Spicilegium solummodo agendum mihi,

Messuerint illi segetes, & opima vireta,
Disita ne pereat spica legenda mihi.

Ecquod remedium apud Historicos meos re-

siduum

siduum erit? illud scilicet Plutarchi, qui virtutem quanto maximam musicæ tribuit, tũ ad recreandos conuiuarum animos, tum ad vini irritamenta, edendique libidinem compescendam. Nec solùm ad modulorum istorum delinimenta attendit animum Aristoxenus, dum etiam fumeas vini caligines discutere posse, cespitantem ebriorum gradum firmare, corpus denique vniuersum æquabili suæ temperiei reddere asseruit. Sed cur toties in priscorum poëtarum versibus hederam serpere, & velut quidpiam Baccho sacrũ toties decantari videmus? vtià Tibullo:

Candide Liber ades, sic sit tibi mystica vitis,
Sic hederâ semper tempora vincta ferãs.

Et ab Ouidio Fastor. l. 1.

Festa corymbiferi celebrabat Gracia Bacchi,
Tertia qua solito tempore bruma refert.

Et l. 1. Tristium eleg. 6.

Deme meis hederas bacchia serta comis.

Tertio Fastorum nonnullã rationem innuit:

Cur hedera hæc cincta est? hedera est gratissima Baccho,
Hoc quoque cur ita sit dicere nulla mora est.
Myssiadas nymphas puerum quarente nouerca
Hanc frondem cunis opposuisse ferunt.

Ast etiã vates hederâ sępius dicuntur redimiti, quid causę cur Diuus ille in serti sui commutionem eos venire voluerit? siquidẽ Virgilius Ecloga 7.

Pastores hederâ crescentem ornate poetam,

Arcades, inuidia rumpantur vt ilia codro
Et Ecloga 8.
Inter victrices hederam tibi serpere lauros.
Nolite cogitare hîc Libero & versificatoribus istis in poëtici ingenij decus & monimentũ ea serta affingi & donari. Non possunt metrifiguli simul que meribibuli quin se Mæcenatis sui insignibus exornẽt, vt cui suos enthousiasmos acceptos referunt, æmulam eiusdẽ prodant debacchandi licentiam. Sed Plutarchus *l. 3. de sermonibus symposiacis*, non hederæ suam deesse efficacitatem, si in serti modum compacta temporibus astringatur, asserit. Nescio quâ vi occultâ vini acrimoniam retundat: dissident complures, vnde vis illa promanet, *& adhuc sub iudice lis est*: alij natiuo eius frigori tribuunt, alij contra volunt eam poros & meatus ad vini fumos exhalandos suo calore aperire. Nõ solũ verò hedera, sed etiã flores alij, plantę frondesque in corollam capiti circumplectendam inserebantur: vix solemne aliquod instituebatur epulum, quin festa fronde decoraretur, aut potius Baccho ebriosisque dicaretur. Plenus illis est Plautus, & in Amphitrione: *Capiam mihi coronam in caput, assimilabo me esse ebrium.* Et in Pleudolo: *Quid te ego video?* Plend. *cum corona ebrium Pseudolum tuum.* Et Virgilius Ecloga 6.
Serta procul tantum capiti delapsa iacebant,
Et grauis attrita pendebat cantharus ansa.
Iterum l. 7, AEneidos:

Fron-

——Frondenti tempora ramo
Implicat.

Necsatis erat sibi metipsis corollas imponere, sed etiam cymbijs, crateribus addebantur, vti idem. lib. 1. Aeneid. canit.

Crateras magnos statuunt & vina coronant.

Et l. 3.

Dum pater Anchises magnum cratera corona
Induit, impleuitque mero, Diuosque vocauit
Stans celsa in puppi.

Et Tibullus:

Aut Vesta sacris tendant vmbracula sertis
Vincta coronatus stabit & ipse calix.

Argutè ab Athenæo animaduersum est conuiuas in symposijs suis laurea serta vertici aptare solitos; tum vt mero vaporans caput siccarent, tum vt à sobriorum naribus olidum quidpiam, quod è nimis saturo ventre expirare solet arcerent. Hoc negotium Martialis sibi forsan haud inusitatũ acuto simul & faceto explicat epigrammate:

Fœtere multo Mirtale solet vino,
Sed fallat vt nos folia deuorat lauri,
Merumque cauta fraude non aqua miscet.
Hanc tu rubentem prominentibus venis
Venire quoties ante videris contra
Dicas licebit Mirtale bibit laurum.

Non incassum profecto in huiusmodi plãis & floribus præsidium aliquod antiquitas posuit. Nam cum merum caput lacessendo

do, totam compagem quandoq; resoluendo, neruorum, ac sensuum organa præpediendo maximas homini molestias creet, efflatur quiddam è floribus illis, quod actutum malo medeatur: quippè vel caput aduersus ebrietatē obfirmāt; vel si calidi, poros referātes fumis ianuam faciūt: si frigidi sed remissius, læui suo attactu eosdem expellunt, vti se probant serta è rosis & violis morbidorum vertici ad leuiendos dolores applicita.

Parcite si ab artis medicę viridarijs quidpiam delibauero: non minus illa Historicum prolectat, quàm, vti vobis videre licuit, humaniora medicum non dicam, me per eandem, vt aiunt, lineam ferram ducere videar, singulare aquæ ad vini spiritus retundendos inesse præsidium. Dicam tamē olim Ethnicis binas Ioui nutrices & alumnas affinxisse, Iden & Adrastiam, Iunoni vnam scilicet Euboeam, Apollini similiter duas Alethiam & Corynthaliam: Baccho verò innumeras: cum à plurimarum nympharum vberibus eum perpetuò pendere sit necesse: quo sapienter innuerunt calicem longè copiosius aqua, quàm vino imbuendum. Audiere, non dubito, ebriosi aliquando illud adagium:

Ter bibe vel quinquies, & non quater.

Et praue intellectum suæ potandi libidini benignè adoptārunt: audiant iam Plutarchum

chum genuinum sensum ex ipsa antiquitate eruentem: duabus vini portionibus tres aquæas admisce, & ita quinque bibes: item duabus aquæ mensuris tertiam vini adhibe, & sic cõgruenter adagio ter bibere diceris. Ecce quãta olim in conuiuijs aquæ dignitas efflorescebat: quæ vtinam nostars mensas paulò frequentius reuiseret, non tot in humanum genus mala grassarentur, non homicidia, non raptus, non adulteria, non incestus, non secretorum manifestatio, & similes impotentis animi furiæ baccharentur: quæ profecto sincera iudicij lance expensa sufficere deberent ad vitium hoc stirpitus ex humanis euellendum. Hæc meditatus Venusinus poeta sibi illud proponit euitandum:

At ne quis modici transiliat munera Liberi,
Centaurea monet cum Lapithis rixa super mero
Debellata, monet Sithonijs non leuis Euius,
Cum fas atque nefas exiguo fine libidinum,
Discernant auidi. Non ego te candide Bassareu
Inuitum quatiam, nec varijs obsita frondibus
Sub Diuum rapiam saeua tene cum Bacchynthio
Cornu tympana: qui subsequitur cæcus amor sui,
Attollens vacuum plus nimio gloria verticem:
Arcanique fides prodiga pellucidior vitro.

Et alijs illis versibus, quid nisi stultitiæ, & contentionum parentem facit temulentiam?

Qui

Qui musas amat impares
Lib. 3. Ode. 19. *Ternos ter cyathos attonitus petet*
Vates. tres prohibet supra
Rixarum metuens tangere Gratia.

Et ille qui totus priscam poësin redolet, Lucilius tanquam ab infelici astro monet metuendum.

Scito etenim bene longinquum mortalibus morbum
In vino esse, vbi qui inuitauit Dapsilius se.

Quot similes nænias vobis è Parnasso illo Poetico educerem, quibus cerneretis eos supra modum luxisse, quod tamen deperibant? sed istam vitium luxuriem reseco. Atque vtinã etiam resecaretur consuetudo illa inter Christianos receptissima, qua tum præsentibus, tum absentibus magnis crateribus fælicia soteria adprecantur: Nesciunt forsan id Ethnicismum sapere? non enim solũmodo antiqui Diuorũ Diuarumq; cultu aliquo suas cõpotationes decorabãt, nouenos calices Musis, ternos Gratijs litãdo, vti meminit Ausonius.

Ter bibe, vel toties ternos, sic mystica lex est,
Vel tria potandi, vel ter tria multiplicandi.

Verum etiam sotericis haustibus bene aduouebant amicis, vti author est Tibullus l. 2. elegia 1.

Sed bene Messalam sua quisque ad pocula dicat,
Nomen & absentis singula verba sonent.

Quin sincerioris notæ amici nomen per litteras sigillatim expensum totidem cyathis quasi

quasi totidem votis propinabatur: id apprimè notum Martiali:

Nauia sex cyathis, septem Iustina bibatur,
Quinque Lycæa, Lyde quatuor, Ida tribus!

Prô quales nugæ, prô qualia temulentiæ irritamenta! Verum vt intemperantiam speciso aliquo velo tegerent, fingebant pateram non tam vino impleri, quã votis, & congratulationibus, quibus munera dignitatesq; nouæ familiaribus accedentes quodãmodo faustarentur. Eò spectãt Horatij Lyrica l. 3. ode 19.

Da lunæ propere nouæ,
Da noctis mediæ
Da puer auguris
Murenæ &c.

Labyrinthus sanè verborum difficilis, & intricatus, è quo se scholæ nostræ expediant. Ad Romanos transeo, qui votiuis istis calicibus, annorum decades annumerabant, teste Ouidio l. 3. Fastor.

Sole tamen vinoque calent, annosque precantur,
Quot sumunt cyathos, ad numerosque bibũt,
Inuenies illic qui Nestoris ebibat annos:
Quæ sit per calices facta Sibylla suos.

Quid intemperantia effrœnatius? Quid impotentius? quò longius prouehitur, ò maiorem suæ proteruiæ, atque insolentiæ campũ apertum inuenit. Illius autem consuetudinis apud Græcos & Romanos vsitatissimę vestigijs nõ modò sęculum hoc nostrũ inhęsisse credamus, de suo etiam conqueritur Ambrosius,

sius. Quid autem, ait, *obtestationes potantium loquar? quid memorem sacramenta, quæ violare nefas arbitrãtur? bibamus*, inquiunt, *pro salute Imperatoris, & qui non biberit sit reus in deuotione: videtur enim non amare Imperatorem, qui pro eius salute non biberit. Pia deuotionis obsequium. Bibamus pro salute exercituum, pro comitum virtute, pro filiorum sanitate, & hæc vota ad Deum peruenire iudicant. O stultitia hominum qui ebrietatem sacrificium putant.* En habent opulentiorum, potentiorumque mensæ, quo de sui instituti antiquitate, non verò bonitate glorientur, habent etiam quo crimen suum maiores quàm illi calices euacuãdo adauctum, geminatumque detestentur.

Procul, procul à conuiuijs estote Ethnicæ consuetudines, procul perfidæ ebrietatis illecebræ. Nescio quibus cautionibus, quo fascino nobis palbum obtendat Dæmon, vt sic volentes lubentesque in interitum ruamus voluntariũ, vt sic liquidissimas æternę beatitudinis voluptates liquidiore aliqua sorbitiuncula commutare non pigeat, & alteri sotericos hauſtus immodicè propinando (ad quẽ tamen ne hilum sanitatis perueniat) corporis & animi salutem in euidentissimum discrimen adducamus. Non ingeniosiores scilicet technas perduellis ille humano generi struere, nec aptiori inuitamento innumeros ad ebrietatem pellicere potuisset. Non nescius est potum ad sitim explendam esse instituti-

tutum

tutum, eaque expleta esse superuacaneum. Quamobrem suos comessatores & Bacchi administros ad rationes, quibus à natura præstitutilimites præterirentur, excogitandas instigauit; & hæc est potissima vt sese mutuo ad maiores calices hauriendos prouocent atque irritent: & qui renuat, ei infamiæ nota inuratur; qui obsecundet, omnium plausu extollatur.

Cùm verò nulla amplius perdendi vini occasio segesque suppetere videretur, accessit alia, vt soteria in orbem in gratiam Principum, dominorum, amicorum ducerentur, imo in infinitum vnoquoque noua & noua soteria semper fingente ducerentur, vt etiam sol exoriens huic pestifero negotio vacantes reperiret. Qua in re summa mali est, ea ementitæ honestatis specie detineri mentem vt animæ salus in postremis habeatur, malintque æternæ beatitati tanto diuini sanguinis pretio comparatæ nuntium remittere: malint, inquam, sese in morris secundæ discrimen conijcere, obijcereque *stagno ignis & ardentis sulphuris*, quàm à solitâ compotorum viâ vel minimum deflectere, quàm æternum damnandis se non persimiles exhibere. Ea sunt hodierna tempora, ij mores deprauatissimi, sic malo subentes adhæresimus, sic sua cuique miseria iucundissimus fit ludus. Hæc videmus, hæc lugemus: Sed quid? nullane malo desperatissimo medela? nulla certè

thidos, quę quidem proritant vim expultricē ad prouidè humores quâ vtiles, quâ inutiles egerendos, verùm ad mali radicem, non pertingūt quam aliàs genuina medicina extirpasset. Non est quod hîc fugillem eos, qui sua pharmaca adulterant, paluſtre acorum, fictitiumq; balsamum &c. propinant: magistratus est huiusmodi lustratis officinis sōtes plectere, nec sinere impunè suorum conciuiū sanctitatem ludificari.

Non potuit hic Princeps, quin incredibile gaudium testificaretur sibi ex hoc Medici cōsilio accessisse: siquidem anteactam vitam tot medicamentis fatigarat: iam verò longè faciliorem valetudinis fouendæ rationem affulsisse lætabatur.

Quod affero, ratum confidenter habe Prīceps nobilisime (ita Medicus) tanquam aliquid artis medicæ rationibus congruentisimum, cuius pars princeps θεραπευτικὴ nūcupata tres quidem partes complectitur, sed primam, quæ διαιτητικὴ dicitur & curandis morbis inediam pręstituit, atq; etiam exercitijs, somno, vigilijs modum ponit, veluti sinceriſsimam sanitatis custodem proponit, sine qua reliquæ φαρμακευτικὴ & χειρουργικὴ vix vnquam felices exitus consequantur. Sit mihi testis amplisimus Hippocrates, sit Galenus, qui modicum erroré in ratione victus morbis acutis præscribenda admissū sæpenumero damni irreparabilis, & necis causam esse asserunt.

runt. Interea medici nostri victus regimen in postremis habentes longa *Recipe* exarant aut potius *Decipe* è nescio quot miscellaneis conflatum, quæ ex oris remotissimis accersiuerint, & virtute pollere quanto maximâ deprædicant: istos Pliniano ludibrio exponamus: *Postea*, inquit, *fraudes hominum & ingeniorum captura officinas inuenêre istas in quibus sua cuiq; homini venalis præmittitur vita statim compositiones & misturæ inexplicabiles decantantur, Arabia atq; India in medio æstimantur, vlceriq; paruo medicina è rubro mari importatur, cum remedia vera, pauperrimus quisq; cœnet.* L. 24. c. 1.

Ecce vt fugienda censet illa, cùm optima in agris, syluis, pratis, viridarijs minimo labore, non aureo pondere comparentur.

Ita Medicus, qui longam dicendi moram causatus, & aliquod affectæ valetudinis incõmodum, sibi facultatem riuos claudendi petijt: cui haud grauatè annuit Princeps: innuitque Historico, vt hisce remedijs coronidem imponeret

CAPVT VII.

1 *Musica & vini calorem & bibendi cupiditatem suo delinimento compescit.*

2 *Prodest item hedera & corollæ florum circumplexæ capiti.*

3 *Adagium est ter bibe vel quinquies, non quater, quid hoc?*

4 *Inuitare in orbem magnis pateris ad sotericos haustus nos olim in cõuiuijs.*

5 *Expenditur & damnatur.*

HISTORICVS. Dùm reputo, viri nobiles, collegas meos, quos iã summa attentione vestra decoratis multa ab instituto & professione mea fuisse mutuatos: gaudeo in hoc eòdem campo breuiorem mihi cursum esse conficiendum: gaudeo à mea facultate tantis Doctoribus locupletem materiam, & quasi insignes phaleras potuisse cõquiri. Spicilegium solummodo agendum mihi,

Messuerint illi segetes, & opima vireta,
Disita ne pereat spica legenda mihi.

Ecquod remedium apud Historicos meos re-

siduum

siduum erit? illud scilicet Plutarchi, qui virtutem quanto maximam musicæ tribuit, tũ ad recreandos conuiuarum animos, tum ad vini irritamenta, edendique libidinem compescendam. Nec solùm ad modulorum istorum delinimenta attendit animum Aristoxenus, dum etiam fumeas vini caligines discutere posse, cespitantem ebriorum gradum firmare, corpus denique vniuersum æquabili suæ temperiei reddere asseruit. Sed cur toties in priscorum poëtarum versibus hederam serpere, & velut quidpiam Baccho sacrũ toties decantari videmus? vtià Tibullo:

Candide Liber ades, sic sit tibi mystica vitis,
Sic hederâ semper tempora vincta ferás.

Et ab Ouidio Fastor. l. 1.

Festa corymbiferi celebrabat Gracia Bacchi,
Tertia quæ solito tempore bruma refert.

Et l. 1. Tristium eleg. 6.

Deme meis hederas bacchia serta comis.

Tertio Fastorum nonnullã rationem innuit:

Cur hedera hæc cincta est? hedera est gratissima Baccho,
Hoc quoque cur ita sit dicere nulla mora est.
Myssiadas nymphas puerum quærente nouerca
Hanc frondem cunis opposuisse ferunt.

Ast etiã vates hederâ sæpius dicuntur redimiti, quid causę cur Diuus ille in serti sui communionem eos venire voluerit? siquidẽ Virgilius Ecloga 7.

Pastores hederâ crescentem ornate poetam,

——*Frondenti tempora ramo*
Implicat.

Necsatis erat sibimetipsis corollas imponere, sed etiam cymbijs, crateribus addebantur, vti idem. lib. 1. Aeneid. canit.

Crateras magnos statuunt & vina coronant.

Et l. 3.

Dum pater Anchises magnum cratera corona
Induit, impleuitque mero, Diuosque vocauit
Stans celsa in puppi.

Et Tibullus:

Aut Vesta sacris tendant vmbracula sertis
Vincta coronatus stabit & ipse calix.

Argutè ab Athenæo animaduersum est conuiuas in symposijs suis laurea serta vertici aptare solitos; tum vt mero vaporans caput siccarent, tum vt à sobriorum naribus olidum quidpiam, quod è nimis saturo ventre expirare solet arcerent. Hoc negotium Martialis sibi forsan haud inusitatũ acuto simul & faceto explicat epigrammate:

Fœtere multo Mirtale solet vino,
Sed fallat vt nos folia deuorat lauri,
Merumque cauta fraude non aqua miscet.
Hanc tu rubentem prominentibus venis
Venire quoties ante videris contra
Dicas licebit Mirtale bibit laurum.

Non incassum profecto in huiusmodi plãis & floribus præsidium aliquod antiquitas posuit. Nam cum merum caput lacessendo

do, totam compagem quandoq; resoluendo, neruorum, ac sensuum organa præpediendo maximas homini molestias creet, efflatur quiddam è floribus illis, quod actutum malo medeatur: quippè vel caput aduersus ebrietatē obfirmāt; vel si calidi, poros reserātes fumis ianuam faciūt: si frigidi sed remissius, læui suo attactu eosdem expellunt, vti se probant serta è rosis & violis morbidorum vertici ad leuiendos dolores applicita.

Parcite si ab artis medicę viridarijs quidpiam delibauero: non minus illa Historicum prolectat, quàm, vti vobis videre licuit, humaniora medicum non dicam, me per eandem, vt aiunt, lineam ferram ducere videar, singulare aquæ ad vini spiritus retundendos inesse præsidium. Dicam tamē olim Ethnicis binas Ioui nutrices & alumnas affinxisse, Iden & Adrastiam, Iunoni vnam scilicet Euboeam, Apollini similiter duas Alethiam & Corynthaliam: Baccho verò innumeras: cum à plurimarum nympharum vberibus eum perpetuò pendere sit necesse: quo sapienter innuerunt calicem longè copiosius aqua, quàm vino imbuendum. Audiere, non dubito, ebrioſi aliquando illud adagium:

Ter bibe vel quinquies, & non quater.

Et praue intellectum suæ potandi libidini benignè adoptārunt: audiant iam Plutarchum

chum genuinum sensum ex ipsa antiquitate eruentem: duabus vini portionibus tres aqueas admisce, & ita quinque bibes: item duabus aquæ mensuris tertiam vini adhibe, & sic cõgruenter adagio ter bibere diceris. Ecce quãta olim in conuiuijs aquæ dignitas efflorescebat: quæ vtinam nostars mensas paulò frequentius reuiseret, non tot in humanum genus mala grassarentur, non homicidia, non raptus, non adulteria, non incestus, non secretorum manifestatio, & similes impotentis animi furiæ baccharentur: quæ profecto sincera iudicij lance expensa sufficere deberent ad vitium hoc stirpitus ex humanis euellendum. Hæc meditatus Venusinus poeta sibi illud proponit euitandum:

At ne quis modici transiliat munera Liberi,
Centaureo monet cum Lapithis rixa super mero
Debellata, monet Sithonijs non leuis Euius,
Cum fas atque nefas exiguo fine libidinum,
Discernant auidi. Non ego te candide Bassareu
Inuitum quatiam, nec varijs obsita frondibus
Sub Diuum rapiam saeua tene cum Bereynthio
Cornu tympana: qui subsequitur cæcus amor sui,
Attollens vacuum plus nimio gloria verticem:
Arcanique fides prodiga pellucidior vitro.

Et alijs istis versibus, quid nisi stultitiæ, & contentionum parentem facit temulentiam?

Qui

quasi totidem votis propinabatur: id apprimè notum Martiali:

Nauia sex cyathis, septem Iustina bibatur,
Quinque Lycæa, Lyde quattuor, Ida tribus!

Prô quales nugæ, prô qualia temulentiæ irritamenta! Verum vt intemperantiam speciso aliquo velo tegerent, fingebant pateram non tam vino impleri, quâ votis, & congratulationibus, quibus munera dignitatesq; nouæ familiaribus accedentes quodâmodo faustarentur. Eò spectât Horatij Lyrica l. 3. ode 19.

Da lunæ propere nouæ,
Da noctis mediæ
Da puer auguris
Murenæ &c.

Labyrinthus sanè verborum difficilis, & intricatus, è quo se scholæ nostræ expediant. Ad Romanos transeo, qui votiuis istis calicibus, annorum decades annumerabant, teste Ouidio l. 3. Fastor.

Sole tamen vinoque calent, annosque precantur,
Quot sumunt cyathos, ad numerosque bibũt,
Inuenies illic qui Nestoris ebibat annos:
Quæ sit per calices facta Sibylla suos.

Quid intemperantia effrœnatius? Quid impotentius? quò longius prouehiture, ò maiorem suæ proteruiæ, atque insolentiæ campũ apertum inuenit. Illius autem consuetudinis apud Græcos & Romanos vsitatissimę vestigijs nõ modò sęculum hoc nostrũ inhęsisse credamus, de suo etiam conqueritur Ambrosius,

sius. Quid autem, ait, *obtestationes potantium loquar? quid memorem sacramenta, quæ violare nefas arbitrãtur? bibamus*, inquiunt, *pro salute Imperatoris, & qui non biberit sit reus in deuotione: videtur enim non amare Imperatorem, qui pro eius salute non biberit. Pia deuotionis obsequium. Bibamus pro salute exercituum, pro comitum virtute, pro filiorum sanitate, & hæc vota ad Deum peruenire iudicant. O stultitia hominum qui ebrietatem sacrificium putant.* En habent opulentiorum, potentiorumque mensæ, quo de sui instituti antiquitate, non verò bonitate glorientur, habent etiam quo crimen suum maiores quàm illi calices euacuãdo adauctum, geminatumque detestentur.

Procul, procul à conuiuijs estote Ethnicæ consuetudines, procul perfidæ ebrietatis illecebræ. Nescio quibus cautionibus, quo fascino nobis palbum obtendat Dæmon, vt sic volentes lubentesque in interitum ruamus voluntariũ, vt sic liquidissimas æternę beatitudinis voluptates liquidiore aliqua sorbitiuncula commutare non pigeat, & alteri soterícos haustus immodicè propinando (ad quẽ tamen ne hilum sanitatis perueniat) corporis & animi salutem in euidentissimum discrimen adducamus. Non ingeniosiores scilicet technas perduellis ille humano generi struere, nec aptiori inuitamento innumeros ad ebrietatem pellicere potuisset. Non nescius est potum ad sitim explendam esse instituta

tutum, eaque expleta esse superuacaneum. Quamobrem suos comessatores & Bacchi administros ad rationes, quibus à natura præstitutilimites præterirentur, excogitandas instigauit; & hæc est potissima vt sese mutuo ad maiores calices hauriendos prouocent atque irritent: & qui renuat, ei infamiæ nota inuratur; qui obsecundet, omnium plausu extollatur.

Cùm verò nulla amplius perdendi vini occasio segesque suppetere videretur, accessit alia, vt soteria in orbem in gratiam Principum, dominorum, amicorum ducerentur, imo in infinitum vnoquoque noua & noua soteria semper fingente ducerentur, vt etiam sol exoriens huic pestifero negotio vacantes reperiret. Qua in re summa mali est, ea mentitæ honestatis specie detineri mentem vt animæ salus in postremis habeatur, malintque æternæ beatitati tanto diuini sanguinis pretio comparatæ nuntium remittere: malint, inquam, sese in mortis secundæ discrimen conijcere, obijcereque *stagno ignis & ardentis sulphuris*, quàm à solitâ compotorum viâ vel minimum deflectere, quàm æternum damnandis se non persimiles exhibere. Ea sunt hodierna tempora, ij mores deprauatissimi, sic malo lubentes adhæresimus, sic sua cuique miseria iucundissimus fit ludus. Hæc videmus, hæc lugemus: Sed quid? nullane malo desperatissimo medela? nulla certè

in humanis. Diuinam igitur clementiam efflagitemus & obtestemur, vt per extremam illam sitim, quâ moribundus exarsit, per fel & acetum, quo exsuccam linguam madefecit huic impunitati & licentiæ frænos ponere, ebriosorum insolentiam coercere, ebrietatēq; ipsam è mundo tollere dignetur. Vt tandem aurea reflorescat sobrietas, modestia & frugalitas recreentur, &, vt cum Ecclesia loquar, eo duce ac vectore *sic transeamus per bona temporalia, vt non amittamus aterna.* Hic pius fuit vltimi congressus epilogus: cumque iam vacationum dies postremus in vesperam inclinaret, publicis illis professoribus ad Academica sua regredi necessū fuit, vt postera luce ex laudabili maiorum instituto, nec non ex præscripto Concilij Tridentini fidei professionem, simulque aliud inirent iuramentum. Dimisit eos Princeps perhumaniter quidem, at non sine magna indolentis animi significatione, quod cerneret palatium suum tantorum virorum ornamento denudari.

ANIMADVERSIO IN ISTOS sex Pomeridianos congressus, seu Dictorum summa ad hoc vitium dissuadendum.

CVM attentius reputo Catonem dicere solitum rē perdifficilē, & fortè supervacaneā ab eo suscipi, qui rationibus aduersus ven-

ventrem (qui teste Seneca, *præcepta non audit, poscit, appellat*) pugnare velit: non possum, ne omnes mei conatus irriti ceciderint, neue hi sapientissimi septem viri littora & cautes pulsauerint, non subuenerit. Verum me recreat, & solatur Catonem ipsum de rebus ad vitę cõseruationem necessarijs intelligi, & famem sitimque non ratione, sed expletione eiusdem Senecę testimonio posse cõpesci: *Nõ est autem*, ait, *venter molestus creditor, paruo dimittitur, si modo das illi quod debes, non quod potes.* Quare in spem venio fore, vt quicunque solidis hisce rationibus, argumentis, disceptationibus, quę nihil nisi superflua resecando, parabilem victum ac necessarium liberaliter concessêre, aures aperuerit, intelligat nil salutare & efficax, quod ad vinolentiæ odium inducere, conducereq; potuisset ab illo septenario collegio fuisse prætermissum. Viderit, non dubito, quas pœnas, quã horrenda supplicia Deus Opt. Max. ebriosis comminetur: viderit quã acrẽ cũ js dimicationem suscipiãt SS. Patres, quã inusitato ardore incẽsi quasi è quadripartitis mũdi regionibus stylum in eos exacuentes, aut potius fulmina eiaculantes, nõ dubitent bruta animãtia anteponẽdo porcorũ ijs, asinorum pecorũque similiũ insignia & probe naturam affingere. Profecto tu quicunque hæc legis, si tibi masculum quidpiam, si mẽs non bruto bruta magis, si generosit tis vel mica insit, qua aure, quo animo

haſce iuſtiſſimas querelas & obiurgationes potes excipere? elephantiacam tibi cutem eſſe oportet, ſi doctiſſimorum ſanctiſſimorumq; calamorum aculeos minimè perſentiſcis, ſi leges ſacras, ciuiles, ſi concilia tum Generalia tum Prouincialia, ſi Pontifices, Imperatores, Reges, Reſp. bene conſtitutas, mente vnanimi in vnius vitij exitium conſpirantes, pœnasque acerbiſſimas intentantes aſpernaris. Adhuc credo auribus inſtrepunt exitus abominandi, quos ſubiere compotores tui, dum vitæ perditiſſimæ ac diſſolutiſſimæ per æqua ſupplicia reſponderunt.

Verùm ſi patriæ amore tangeris, non defuere tuis oculis, malà ſanguineis etiam lacrymis comploranda, quæ ſolet temulentia plenis plauſtris in Reſp. inuehere, dùm per innumeras cædes ſuis illas adminiſtratoribus, ſuis nobilibus, militibus ciuilibus, mercatoribus artificibuſque denudat, & è frequentiſſimis, emporijs vaſtiſſimas ſolitudines efficit; dum æraria exhaurit, dum ſubditos eneruatis corporis, atque animi viribus effœminatis ad honeſtiſſima quæque munia obeunda inutiles reddit, dum denique ſuis incendijs inſanas ædificiorum moles, coaceruatas longo tempore opes, multorumque annorum ſudorem impiè prodigit & abſumit. Heu quicunque talis es, quã procul te cernimus ab ijs animis abeſſe, quos olim nec iniuriâ oſtẽtabãt egregij Reip. vindices ac

dices ac defensores, quibus fuit *dulce & decorum pro patria mori*, sanguinem illisuum pro ciuium salute, pro penatibus atque focis lubentissimè profuderunt: & ecce quam diuersæ tuæ rationes tuaq; studia: nimios potus in illas insaturabiles fauces transfundendo, patriam, quæ oculis deberet esse charior, eò infœlicitatis ac ærūnarū adducis, vt vix vlla humana prudentia induſtriaque ad meliora possit reuocari: & cyathorum aliquot ductus libidine eam, quæ te primo sinu gremioque blandissimo complexa est, quæ tibi hos artus, hanc vitam educationemque donauit, perdere ac pessundare non erubescis. Pudeat saltem à sanctissimo virtutum omnium, quas moralis philosophia tantopere quasi diuino numine afflatas reueretur, explodi contubernio: nullam illa prorsus in eo, qui omnis agendi rationis inconsideratè, & præcipi tanter arripit, agnoscit prudentiam: nullam iustitiam ei adhærere censet, qui omnia iura cõtemerat, qui vxoris ac liberorum bona abligurit, constupprationes obscœnissimas, ac violentissimas molitur, æs alienum minimè dissoluit, sed in alienum thorum impudẽtissimè grassatur. Noli, noli de fortitudine magis, quàm de alijs potuisti, gloriari, nihil ebrio timidius, nihil mollius, nihil effœminatius: ab omnibus, quin ab vmbra sua sibi metuit periculũ. Tẽperãtię verò nomẽ ipsũ exe-

craris,omniumq; inimicissimam & capitalissimam ducis.Prô quale portentum es, vir ebriose,quid virũ dico? penitus ea virtute cares,quâ brutis animantibus posses antecellere? tene supparem?imo dicã longè inferiorem,cùm in ijs micantiora omniũ istarũ virtutũ vestigia eluceścãt.Hominis ergo titulos nomenque defere,si solũ laruã geris,vocitêre bellua,vocitere porcus,vocitêre lupus: eorũ tibi exuuias accinge,te pilis arma,squammas indue,ni tãdem velis,quod hominis est proprium virtutem quasi postliminio accersere.

Si tam tibi cordi esset bona corporis habitudo,quãMedico peroranti fuit,nõ ita cõcinnissimam illam cerebri temperiem fumis caliginosis peruerteres,non ita flocci penderes prẽclara ingenij iudicijque lumina in hebetudinẽ ac insaniã verti,non patereris memoriã ad res humanas administrandas perneceslariã deteri,& ad rerum imagines excipiẽdas marmoris instar obdurescere,nõ deniq; animum ad omnem iracundiã,indignationes,furores, & ad ea,quę postea nullis lacrymis possũt expiari amãdares.Quis ęgritudinum myriadas, quæ ebriorum corpora immanissimè discruciant possit recensere? Quis non aculeatissimos ipsorum dolorum sensus exhorrescat?& tamẽ hęc lubens videnscq; accersis. Vnde tibi hostis es ita capitalis?vnde ita proprio bono ac saluti infensus es,ac immisericors,vt Tyrannorum implacabilium more in mollem carnem

carnem deſæuias? non illis tantæ furiæ, tanta rabies, non tam dira vincula, ſtimuli, enſes, quæ necem quidem adferunt, at momentaneam, longeq; morte illa quotidiana, quam podagra, calculus, febriſque æſtuantiſsima creant, tolerabiliorem. Quanti porro faciendum eſt illud quinque ſenſuum ſodalitium, ac præſertim oculus, cuius lumen amiciſsimũ eſt, & nõ minus paruo, quã Sol maiori mundo neceſſarium: attamen ab inſolenti illa eluuie demergitur. Quam verò aduerſetur ijs facultatibus, quę nutricando corpori & augendo famulãtur, quis dicat quãtũ deniq; illi, ſine qua matrimoniũ prope eſt ſuperuacaneũ, aut ſaltem moleſtiſsimũ? quippe dũ coniuges poſt longa vitę tędia ne ſui quidẽ ſcintillam poſthumam ſe relicturos animaduertunt, vel diſtrahuntur animi, vel amoris coniugale ſoluitur vinculũ, vel zelotypiæ facib⁹ alteruter ẽxardeſcit. Quid magis titi lat, quid ſuauius, quàm patris nomine affici? quàm ſe in ſua imagine ſpirantem cernere? quàm nomen ſuum, proſapiã, res præclarè geſtas per huiuſmodi viuum monimentum æternitati conſecrare? quàm denique ſanctimoniæ ſuæ impreſſa veſtigia velut in altero ſe conſpicari? nullus pene eſt, qui non votis omnibus huiuſmodi *Benedictionibus dulcedinis repleri* exoptaret: nullus pene eſt, qui non luculenta facultatum ſuarum vi tãtum beneficiũ mercarẽtur. Et forſã hoc deſiderio flagras,

exſtimularis, & elangueſcis: & ecce in promptu medela præſtantiſsima nullo pretio niſi ſanitatis amore comparanda, frugalem & moderatiorem vitam excole, popinas fuge, & prouocatoria pocula, breuiq; geſtiens videbis te ſecundum prolis innumeræ parentem.

Qui ciuitatibus, credo, præſides, regnis, prouincijs, demiratus es, tot vinolentorum inſolentijs & abſurditatibus & purpurã & togam ſenatoriam, & Reip. gubernacula defœdari: nec ſolùm in ipſis adminiſtratoribus labem reſidere, ſed hominum chyliadas eodem implicari naufragio. O Deus immortalis, qui tam vecordes nauarchos pateris, tam cœcos duces, tam veſanos aurigas, qui irato mari quid opponant ſunt neſcij, qui ratione profligata potius regendi, quàm regere poſſint, qui quadrigas illas Euangelicas diuini ſanguinis pretio inſignes præcipites abire permittunt? Verùm ea in re non obſcurum animaduerto iuſtiſsimi furoris tui teſtimonium: tempus eſt à mortalibus flagitijs omnibus deditiſsimis malitiæ ſuæ pœnas repoſcendi, tẽpus eſt vt hæ diuinæ comminationes atq; oracula exitum ſortiantur, noſtrumque percellant verticem: *Dabo vobis Regem in furore meo*, qui vos negligat, diſperdat, qui Reip. nauim vndis & procellis licentiſsimè obijciat, qui ſe totum libidinibus & poculis addicendo diris illis à Salomone pronuntiatis quodammo-

dammodo deuoueat: *Va tibi terra, cuius Principes mane comedunt.*

Denique hoc vitium velut in breuiore tabella depinximus tanquam infame, portentosum homine generoso & cordato indignissimum, tanquam prædonem immanissimũ, qui suos sectatores omni authoritate, bonoq; nomine spolier; ab honestorũ virorũ cõsortio excludat, omnium exponat ludibrio. Quos tu colores, quæ lineamenta natiua magis ad prauum eius genium dignoscendum exoptas? vis Inferorum fauces hiantes, & ad ebrios absorbendos paratissimas? idipsum vidisti quotiescunque sacræ paginæ diras suas imprecationes ac fulmina in eos contorsẽre, & morti æternum miseros depascenti addixere: imò horribilia ista exempla te prope ad Inferos deduxerunt, commonstrarunt-que funestos vitæ voluptuariæ exitus, insolentię ac ebrietatis miserandam catastrophen fercula delicioſissima in colubros versa, vina in nitrum ac sulphur, festiuas longasque mensas in gemitus & stridores dentium sempiternos. Quæ cùm ita sint, quis mentem fascinus distinet, vt tandem è fœdissimis latebris in lucem optatissimam non emergas? si bona valetudo, si latera Herculea, si tranquillitas animi arridet, si ingenium clarum, acutum, subtile decupis, si iudicium solidum. & perspicax, memoriam felicem ac tenacem, si omnium scientiarum capacem intellectum

ab ebrietatis repulsa ad sobrietatis complexum te transferas necesse est. Itane malitiâ obcalluit animus, vt si totius vitæ rationes à strictissimo Iudice in postremo illo agone exigendas considereș, non emolliri posse videatur. Bone Deus! quâ niteris ancorâ, quam aram tunc arripies, qui vitam ad metaneæ agrum excolendum gratis concessam omni libidinum generi, omnigenis comessationibus addixisti, qui Sardanapalum, Epicuræum, Atheum perditissimis moribus induisti. Cum ad tuorum poculorum calculos vocabere, quibus technis, quâ solertiâ subduces nequissima facinora in ijs perpetrata, rem familiarem dilapidatâ, liberos ad ignominiosissimâ mendicitatē redactos, vxorē, famulos, vicinos inhumaniter habitos, iniurias, periuria, impijssimas imprecationes in cœlites Deumque ipsum euomitas?

Si publico munere functus es, quò aufugies miser? quò securitatis iacies ancoram? Quid ore impurissimo obgannies hæc obtrudenti, itane pusiones meos carissimos, quos salutari exemplo tibi pascendos commisera, distortissimis tuis moribus deprauare non erubuisti? itane dies noctesque insónes in popinis exigebas, cum serijs Reipublicę negotijs foret inuigilandum? quot clades forenses tua culpa euenére? quot lites iam procurrentes cum ingenti litigatorum dispendio fuerunt euersæ? quoties male sana iudicia mente ex

te ex hesterna crapula cespitante temerè pronuntiasti? Ecquo verò claudat hasce comminationes nisi fulmineo illo D. Ioannis epiphonemate, *Ebriosi regnum Dei non possidebunt, sed ignis & sulphur & spiritus procellarum pars calicis eorum, sed mors secunda, sed stagnum ardens igne & sulphure.* Apocalyp. Quapropter quæ te intēperiæ, quæ te cupiditates agitant, vt vitio euidentissimam corpori & animæ perniciem molienti adeo tenaciter adhæreas? vt tantâ cum licentiâ, tantâ cum impudentiâ flagitia flagitijs cumulando diuinam proculces maiestatem, ac si toties iteratæ eius comminationes solūmodo sōniū esset ac ludibriū. Quā, quæso, vitam insolentius duceres? quam maiorem diuinæ legis aspernationem posses excogitare, si te nulla religionis, nulla rerum fidei cura tangeret? lætos dies ageres casuum impendentium securus & iam illud agis? *biberes sicut aquam iniquitatem*, pergręcareris, debacchareris: & iam illud agis. Non magis vindicem eius manum formidares, quàm si cum trunco rem haberes, non magis fulmina quam rorem antelucanū: & iam illud agis. O infelicissimum mortaliū! si adhuc aliquis fidei superat igniculus, vbi latitat? quin iam emicat, quin vteris in tanto rerum tuarum discrimine, vbi vel de vitâ vel de nece agitur sempiternâ. Quin aures aperis ad potentissimam diuini Pneumatis vocem hauriendam, quâ te per vatem sanctissimum

tissimum ex altissimo veterno excitaturus obtestatur: *Expergiscimini ebrij, & vlulate omnes, qui bibitis vinum, quoniam perijt ab ore vestro. Expergiscimini ebrij*, pestiferæ lethargiæ vincula disrumpite: cernite diuinæ iustitiæ romphæam vertici vestro imminentem, iam iamque illapsuram, circumstat Dæmonum caterua horribilis, suæ prædæ auidissimè inhiat, pensilis tele filum gestit præscindere, & interi indormiscitis? nō metanceæ arma, quibus tam præsentaneum malum à ceruicibus vestris amoliamini, arripitis?

Quousque tandem talpæ eritis præsentissimum exitium vestrum non contuentes? Quousq; chalybeū illud geretis pectus mordicantis conscientiæ stimulos non percipientes? quousque littora, nequaquam animum ad diuina eloquia, & hanc saluberrimam apostrophen attendentes. *Expergiscimini ebrij*: expergiscendi nonne tempus est, & temulentiæ nuntium vltimum remittendi. Si innumera, quæ vobis conscius damna expenderitis, digna est, quam implacabili odio persequamini, digna quam diffracto fœdere repudietis, digna quam à vestris finibus, penatibus, atque focis ablegetis. Quanto cum decore in eius locum sobria frugalisq; vita commigraret, qua iustum Dei furorem diuturnis comessationibus exulceratum lenire, & madentem adhuc crapulam ingenti dololore expiare possetis.

Exper-

Expergiſcimi ebrij, non veſtris ſceleribus Deus obdormiſcit: laneo quidem ad vindictam venit pede, ſed moram ſupplicij diritate compenſat: ſatis ſuperque toti cœno inhærescentes peccatorum cumulo in dies augescente diuinam clementiam exaſperaſtis: tempus eſt, vt quem parentem benigniſsimum habuiſtis, iudicem implacabilem & ſeueriſſimum experiamini: Præcidenda eſt inueterata illa potitandi conſuetudo, quæ ſibi videtur naturæ iura vendicare, præcidenda eſt, ne ferream quodammodo induat neceſsitatem.

Expergiſcimini ebrij, vobis alioquin Dei viui internuncius adero, palamque faciam vos *in reprobum ſenſum datos eſſe*: quo in ſtatu vtpote miſerrimo qui verſantur omnia ſana conſilia flocci pendunt, effrænatiſsimis ſuis cupiditatibus habenas laxant profuſiſsimas, nulla eſt nequitia, quam non effingant animo, nulla libidinum cloaca, in quam ſeſe nõ immergant, nullum ſcelus ſatis nefarium videtur: *Peccator cum in profundum venerit contemnit*. Hæc eſt calamitatum omnium ſumma, hîc ſummorum malorum meta figitur, hîc medela omnis reſpuitur, hîc omnes pæoniæ artes deficiunt, opus eſt peculiariſsima, inuſitatiſsima, efficaciſsima luce, & gratia, cui elargiendę Deus Optimus Maximus nullis planè nominibus obſtringitur. Hinc nonne videmus è perditiſsimis illis hominibus

vix

vix aliquem è cœnoso vitiorum gurgite, cui collo tenus inhærecunt, emergere? *Expergiscimini Ebrij*: si moras nectitis ô ter millieſque infelices! ô æterno fletu lugendi! ô infaustis nati auſpiciis, ſed infaustioribus denati, quos inferi & perennia manent ſupplicia, de quibus non minus quàm de perditiſsimo proditore dicetur: *Melius erat ſi non fuiſſet natus homo ille*, ſi ſacro fonte, ſi fide, ſi ſacramentorum fructu caruiſſet, cum diuina illa præſidia beneficiaque ingrati animi notam adaugeant, voluntariæque cæcitatis arguant prauitatem.

Expergiſcimini ebrij: non tam ipſe, quàm Deus id veſtris auribus identidem inculcat, eius me iuſſa vrgent, vrget charitas, vrget commiſeratio. Quouſque tandem procraſtinabitis? in decrepitam ætatem ſcilicet. O nimium illud eſt ſceleri ſuo inueteraſcere! nimium Satanæ compedibus irretiri, nimium Dei viui perduellem exiſtere.

An tibi vis temporis quidpiam indulgeri? ſed quis è cœlo nuncius vſuram vnius diei certam ſpondebit? pendulum illud vitę tuę filum inſpice, cui præſecando mille hoſtes foris, mille intus, intraque penitiſsima viſcera excubantes imminent. Vix vlla in corpore vniuerſo guttula, quę ſi vel in fauces, vel in præcordia intempeſtiuè

pestinè illabatur, non posit momento vnico animam de statione corporis protrudere. Heu quàm imprudenter tanti ponderis negotium incerti euentus aleæ subijcis? audi, audi è sacris paginis lugubres procrastinantium exitus: *Repromissio nequissima multos perdidit*, atque æternum perdidit eos, qui sibi dies innumeros pollicebantur, qui meliorem frugem pene iurati spondebant: pleni sunt inferi huiusmodi crocitationibus, illic corui male ominati *cras cras* suum ingeminant, & væ væ horrendum perpetuo exululant, prô quantus, aiunt, infelicitatis cumulus nobis accesit! longæuæ senectutis spe ducti salutiferam metanœam ad vsque vitæ metas protraximus, & ecce inopina mors è medio comessationum curriculo nos abstulit, eaque propter tanquam in nostræ insaniæ remunerationem corona serpentina donamur. Prô quàm bene consultum fuisset, si vitæ breuitatem & ancipites casus animo præcipientes res nostras in tuto collocassemus.

O Spes exspes, ô fallax fiducia! væ vobis amici, qui Nestoreos annos toties adprecabamini, væ qui seria animæ negotia ad canos reijcere compulistis. Id ipsum est quod iam nos dirissimè cruciat; idipsum est quòd pœnas intolerabiles & nonnisi æternitate terminandas nobis accersiuit. O furias! ô rabiem! Quid? nugas & crepundia nos

in hunc

in hunc locũ tormentorum deduxisse, in hãc custodiam, quę adamante & repagulis clauditur sempiternis? O anime, qui ad tuam beatitatem prouidendam adeo cœcutiebas, nimium ha nimium lynceus eris ad infelicitatem tuam perpetuo meditandam, iam tibi vacuum est ventura sæcula numerare; iam quantam eorum seriem voles deducito, semper æternitas innumera temporum spatia absorbendo inueniet, quod excedat, abeũte perreunteq; tẽpore superstes ad tua supplicia vlnis interminatis metienda remanebit. Labentur ingentia annorum volumina, præterfluent infinitæ sæculorum myriades, innumera myriadum stamina retexentur, cum primo insana cruciatuum inibitur palæstra. O æternitas quàm nobis aspera, quàm crudelis! en tibi anime, conuiua tuus, en contubernalis, cum illo tibi de immortalitate certandum, nec vinces, nec vinceris, sed impatiens patieris. Væ diei, qui nos in lucem edidit, *dies ille vertatur in tenebras, non computetur in diebus anni, nec numeretur in mensibus.* O quantum bruta vrsi aut leonis anima, nostris artubus inoleuit, quin equinus cruor nostris venis incaluit, iam omnia perijssent, ab immanissimo Tyrannorum dominatu immunes essemus, neque pabulum flammis atrocissimis fieremus sempiternum. O æternitas longa sæuaque æternitas quandiu in tantillo tempore bacchatos de bacchaberis?

Has

His & eiusmodi ebriosorum lamentis Inferi personabunt, sed incassum, irreparabiles bene agendi occasiones refricabuntur, sed simul vulnera recrudescent. Verum enimuero vir Christiane

Iam tua res agitur paries cum proximus ardet:
Te tandem facinat aliena pericula cautum,

frugalem, sobrium, temulentiæ, malorum omnium fontis hostem infensissimum.

Expergiscere, erpergiscere, & altius animo Euangelica monita imbibe. *Attendite vobis, ne forte grauentur corda vestra in crapula & ebrietate, & superueniat in vos repentina dies illa*: quâ scilic. imparatus intercipiere, nullo de noxis dolore cõcepto, ratione nimio potu obrutâ, linguâ ad crimina enuncianda inhabili & obmutescente: *Va vobis si perueniat in vos repentina illa dies.* Et profectò quæ maior calamitas subiri possit, quis dies infelicior obtingere, quàm qui temulentum, nullis præsidijs firmatum, nullis pœnitentiæ armis communitum ex hac vita eripit.

Haud dubiè talis sacræ paginæ decreto incendiorum immanitati, dæmonum furori, æternitati sæuissimæ præda miserrima destinatur: & adhuc temulentiam tuam amplecteris, dilaudas, exoscularis? *Attende*, frater mi, *attende tibi ne forte grauetur cor tuum in crapula & ebrietate, & superueniat in te repentina dies illa.* Et adhuc obduras animo, necdum tela minacia penetrant? saltem oculos sur-

ſum arrige,& in clementiſsimum Dominum cruci ſuffixum conijce: Ecce tui amore incenſus quàm atroci nece impiiſsimas tuas luit comeſlationes, quàm crudeliter lacerum tuæ dedere voluptates? quot ſpinis & aculeis tua pocula diuinum caput transfodere? attamen (prō quanta clementia!) pedes clauis trabalibus confixos habet, vt te facinorum pœnitentem opperiatur, vlnas & latus ad te excipiendum amplexandumque aperit, benignum demittit caput *ad oſculum pacis* tibi infigendum: quot in corpore vulnera, totidem ſunt voces te ex illo crucis ſolio gratioſiſsimis hiſce verbis inuitãtes: *Si quis ſitit, veniat ad me & bibat. Si quis biberit ex aqua, quam ego dabo ei, nō ſitiet in æternũ. Dabo tibi bibere de fonte aquæ viuæ ſalientis in vitam æternam. Bibite amici & inebriamini charisſimi.* Hic bibite, hîc ſitim extinguite. quid gratia mea exquiſitius? quid amore conditius? quid vino ſpiritali ſapidius? ſi minus illi ſapiant liquores, inexhauſto lateri meo labia admouete, fugite, inebriamini. Conquirite vobis è ſacratiſsima menſa Euchariſticas epulas, Euchariſticos latices queis appetentiã & orexin expleatis. Procul hinc vinum, procul quod rationi ac prudẽtię tenebras offundit, procul hinc vinũ inſaniæ parẽs, luxuriæ fomes, laſciuiæ illecebra, procul hinc vinum, *quod apoſtatare facit ſapientes*: vinum ſeligite, ſed puriſsimum, ſed *germinans virgines*, ſed filios patri meo cœleſti

sti reddens obsequentissimos. si è beneficiorum meorum commentatione etsi primoribus tantum labris quidpiam degustaueritis, si ex illa charitate, quæ è venis omnem cruorem ad vltimam vsque stillam expressit: ô vinum meracissimum, ô nectar suauissimũ! Verum prius illud, quod animę venenum est præsentissimum, ab ore & faucibus arceatur, *fel illud draconũ* ex vuis Sodomæ & Gomorrhæ distillatum. O potiores longè meos calices, ô solum summeque salutares! *Bibite amici & inebriamini charissimi.*

Ecce, frater mi, tui amantissimi amantissimæ voces: vinum propinat, quô melius haberi nedum excogitari potest: quo & in hoc terrarum orbe sibi intimos, & in illo cœlesti supernas mentes indesinẽter recreare, & satiare consueuit. nũ spernes, num obsurdesces, nũ tergiuersabere? voles animum fallacibus & fucosis voluptatis mercibus commutare? attamen *quam dabit homo commutationem pro anima sua?* Quid in amplissimis totius mundi regionibus illi potest æquiparari? quam *cõmutationem* excogitabis? quam? quam? quam? an auriferam Peuæ tellurem? an Orientis gemmas! an inæstimabile adamãtis pretium: ha, nullum ei, quæ infiniti est pretij, inæstimabile pretium respondebit. *Quam ergo dabit homo commutationem pro anima sua?* nullam prorsus, nullam, nullam. *Non dabitur aurum obryzum pro ea (ait* Iob sanctissimus,*) nec appẽ-*

quo meis monitionibus acquieſcas, habes quo & emendationis tuæ vitæ & laboris mei fructus eximius colligatur. Si tamen (quod neutiquam credo) aures ſinceriſsimæ veritati occludis: deliras profectò, & ſerius ocyus cedet peſsimè: ſaltem meo munere perfunctus bonæ voluntatis mercede minimè fruſtrabor, & erit quod Deus ſe tibi extremam vitæ periodum claudenti hac mea opella iuuando non defuiſſe exprobrabit. Caue denique, caueto, ne ijs annumerere, quibus ad pœnarum ſuarum cumulum tum rectum iter, tum ſanctiſsima Dei voluntas commonſtrantur: *Populi*, inquit Auguſtinus, *ad Eccleſias confluunt, vbi ſancta ſcriptura, iuſtitiaque doctrina de ſuperiore loco in conſpectu omnium perſonant, vt qui faciunt audiant ad præmium, & qui nō faciunt audiant ad iudiciū.* Ecce duo auditorum, lectorumue genera: ecce præmium, ecce ſupplicium: vtinam, vtinam, Chariſsime frater, primo ordini inſerare, id vnum aueo, id votis omnibus concupiſco, vt hi omnes congreſſus, tibi ſint adminiculo quo ad cæleſtes illas ſedes virtute duce & auſpice gradum facias, vbi æternus parens tibi ſuam *diſponat menſam*, & de vero *genimine vitis* æternùm exſaturere.

l. 2. de ciuit. Dei cap. penul.

Ad maiorem Dei & B. Mariæ Virginis Deigenitricis gloriam.

POMERIDIANI CONGRESSVS AD TYPOGRAPHVM.

CVm plures hominum meridiando,
Græcandoque velint, vel helluando
Diem continuam iugare nocti;
Dic, Librarie, dic tuis ministris,
Tu, qui ex flumine gallici liquoris
Doctique, & varij, nec inficeti
Recens Ausonio datos lepori
Doctosque, & varios, nec infacetos
Lucique & populo paras videndos
Sermones dare pomeridianos,
Dic, inquam, famulæ tuæ careruæ,
Ne prœli cochleam tui fatiget,
Vel fuligineis tuis fluentis
Intactam maculet tuam papyrum.
Nam præter numerum meridiantûm,
Græcantûmque auidè, vel helluantum,
Et cibaria prandij merendis,
Et cœnis adipalibus grauantûm,
Quibus pro genio negotiosis
Non est ad bona tempus otiosum,
Vix sortasis erit modestiorum,
Prudentumue magis, vel æquiorum,
Illos qui legat, vnicus, vel alter.
Magnos ille procat, nouosque fasces,
Iste mercibus incubat, vel auro,
Hic se Palladiæ implicat palestræ
Non rudis studij, hostis hic ferarum
Dat sese in nemora, inuiosque saltus,
Alter in pecudes, & arua: demum
Suus cuique Deus cupido dicit,
Nec vacat mihi iam, nec adlubescit
Istis fallere tempus in tabellis,
Quæ, sumptis dapibus, fame remotâ,
Post diem medium leuare missas
Spondent è stomacho oscitationes:
Et, si fortè vacet, vel adlubescat,

Mihi

Mihi non libet esse tam oscitanter.
Hæc ficto male forsitan susurro
Tibi prædicat oris impudentis,
Vafri pectoris acer æmulator,
Musarum numeris amice KINCHI,
Verum si ingenuo magis Poetæ
Credis, fatidico mihi Poetæ,
Nam persæpe canit Poeta fatum,
Felix, vtile, candidumque fatum;
Dic, Librarie, dic tuis ministris,
Dic, inquam, famulæ tuæ cateruæ.
Vt prœli cochleam tui fatiget,
Et fuligineis tuis fluentis
Intactam maculet tuam papyrum.
Lucique & populo paret videndos
Recens Ausonio datos lepori
Doctosque & varios, nec inficetos
Sermones dare pomeridianos.
Dabunt hi Ausonijs, dabunt peritis
Quod Gallis dedit Auctor, atque Belgis,
Vt rarus cupiat meridiando,
Græcandoue auidè, vel helluando
Diem continuam iugare nocti,
Qui Gallos agit inter, atque Belgas
Lector codicis vsque ad vmbilicum.
Quem si fors bona dictione vernam
Germanumue queat iubere vernis
Germanisue tuis loqui facetum,
Crede, certe mihi, est Poeta vates,
Nemo, nemo hominum meridiando,
Græcandoque velit, vel helluando
Diem continuam iugare nocti.

I. D. S. I. R. H.

INDEX

ERRATA.

PAGINA. 2. *linea.* 18. *l. seueriorib⁹que. p.* 5. *l. vlt. l. & est. p.* 6. *l.* 6. *l. hypocondriaca. ibid. l.* 21. *l. Theologia. p.* 10. *l. vlt. penult. l. oculis. p.* 17. *l.* 15. *l. quin. p.* 19. *l.* 3 *l. reuiuiscere. ibid. l.* 15. *l. callidè se professus. ibid. l.* 19. *l. autem. p.* 20. *l.* 19. *l. beneuolentiis. p.* 21. *l.* 1. *l. res cœpta. p.* 23. *l. ab initio cap.* 13. *l. vero. p.* 24 *l.* 13. *l impetusse. p.* 31. *l. penult. l. an. p.* 32. *l.* 2. *l. generantur, ibid. l.* 3. *l & ibid. l.* 9. *l. difficillimis. ibid. l.* 11 *l. opprobria. ibid, l. vlt. l. appositissima. p.* 33 *l.* 18. *l. Iste enim herba. p.* 36. *l.* 2 *flota* pone *Ehota. ibid. l.* 12. *insulsas. p.* 41. *l.* 26. *fulgosus. p.* 42. *l.* 26. *Bellona. ibid. l.* 2. *Cyprum. (Rhodum. p.* 43. *l.* 13. *cupierat. ibid. l.* 22. *suum. p.* 46. *l.* 14. *dissecet. p.* 53. *l.* 13. *miserrima. ibid. l.* 21. *siuit. p.* 5. *l.* 21. *quendã* pone *quandoq; p.* 58. *l.* 9. *opperiõs. p.* 61. *l.* 4. *dominos* pone *dominõ. p.* 75. *l.* 3. *Mechlinienſe. p.* 83. *l.* 23. *vestigia. p.* 85. *l.* 14. *tuẽtur. p.* 93. *l.* 21. *cum. p.* 94. *l.* 10. *Hieronymus* pone *Chrysostomus. ibid l.* 12. *de natiuitate* pone *de natura. ibid. l.* 15. *de quaestione* pone *de quaestion. p.* 97. *l.* 15. *maximus. p.* 110. *l.* 2. *inuolũt. p.* 119. *l. titul.* 2 *exitu. p.* 121. *l.* 15. *Grauia. p.* 122. *l.* 24. *petenti. p.* 125. *l. penult. l. hac tua. p.* 127. *l.* 6. lege *& misterij reuelatione. p.* 130. *l.* 17. *offeret. p.* 140. *l. vlt.* dele *interrogationem. p.* 142. *l.* 14. *diuino. p.* 143. *l.* 27. *exstimulant, ibid. l.* 21. *occupabatur. p.* 149. *l.* 3. *quadripartitam p.* 153. *l.* 10. *refrigeratione. p.* 155. *l. penult. si cupiam. ibid. l. penult. Agypso A gypso. p.* 196. *l.* 27. *neruosa prole. p.* 198. *l.* 2 *separatur. p.* 202. *l. vlt. hydropisis. p.* 203. *l.* 6. *iecur. ibid. l.* 11. *manum. p.* 206. *l.* 8 *excitatiores. ibid. l.* 20. *pone petitionem p ibid l.* 26. *tolle est. p.* 212. *l.* 2. *aqua. p.* 228 *titulo* 4. *l. quo sensu illud: vinum acuit ingenium p.* 174. *l.* 12. *l. officium. p.* 276. *l.* 27. *pugnare p.* 282. *l.* 11. *violẽta. p.* 287. *l.* 2. *labric.* 295. *l.* 12. *l. pleuritidas. p.* 298. *l.* 27. *l. luto. p* 305. *l.* 28. *illũ. p.* 313. *l.* 6. *l. surgit. p.* 314. *l.* 9. *ipsique. p.* 328. *l.* 5. *emollũt. p.* 330. *l.* 5. *l. p.* 342. *l.* 2. *opus. p* 344. *l.* 14. *monachica. p.* 348. *l.* 18. loco istorum verborum: *quaso tam vobis mutuo estote lupi.* subsstitue ista: *quin & à lupis, vereor ne quot-quot hic sumus, breui eorum praeda simus. p.* 352. *l.* 16 *l. amani, ibid. l.* 21. *l militia.*

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA